


05 H 588



*Q. B. VI*  
DISSERTATIO THEOLOGICA  
DE

ΕΝΕΡΓΕΙΑ ΠΛΑΝΗC  
*SEV*  
EFFICACIA  
ERRORVM

*ex 2. Thessal. II, 10. II.*

*QVAM*

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPALE REGIO  
FRIDERICO AVGVSTO,  
ELECTORATVS SAXONICI HEREDE,

*P R A E S I D E*

DN. GOTTLIEB VVERNSDORFIO,  
SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL.  
TEMPLI OO. SS. PRAEPOSITO, NEC NON SENATVS  
ECCLESIAST. ASSESSORE,  
DOMINO, PATRONO, AC PRAECEPTORE SVO PER OMNE VITAE  
SPATIVM SANCTE OBSERVANDO,  
PRO POTESTATE PRIVATIM IN THEOLOGIA  
LEGENDI


*D. VI. APRIL. A. R. S. M DCC XVI.*  
PVBLICAE DISQVISITIONI SVBIICIT

*AVCTOR*

M. CHRISTIANVS CAROL. STEMPEL,  
FACVLT. PHILOS. ASSESS.

*H. L. Q. C.*

*VITEMBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIANAE.*



## EFFICACIA ERRORVM.

## PROOEMIVM.



uanta in Erroribus vis, & efficacia  
insit, quam erga leves, & verita-  
tem fastidientes, animas facile exer-  
rant, satis graviter D. gentium Do-  
ctor exemplo *Galatarum* docet,  
quos *Cap. III, 1.* adeo dementatos,  
& quasi fascino, praestigiisque Pseu-  
do-Apostolorum misere corruptos  
pronunciat, ut veritatis Evangelicae, in qua constituti per  
DEI gratiam erant, lucem, ac claritatem, nec intueri, nec  
ea, qua fieri par erat, sinceritate, amplecti potuerint. Ita  
nimurum pius Apostoli animus indignatione rumpitur:  
*O stulti Galatae! quis fascinavit vos, ut veritati non obe-  
diatis?* Incogitantiae merito, & insperatae stoliditatis, ipsos  
insimulat, quod, cum Christus a se eis quasi prae oculis il-  
lustri doctrina sculptus, & vivis veluti coloribus depictus,  
adeoque dilucide expressus esset, ut ipsum cum vera sua  
luce, & incorrupta doctrina, nulla interposita difficultate,  
statim agnoscere potuissent, tamen per impostores Pseu-  
do-Apostolos tam misere, tamque efficaciter sint decepti,  
atque seducti, ut mente non modo alienati, & capti, sed  
& excantati prorsus, fascinaque esse viderentur. Nimi's  
proinde duriter ipsos compellat, non tamen ut convitium  
faciat, aut ignominiam inurat, sed potius castiget, ac cor-  
rigat, & affectatam ipsorum recordiam, pro publica, qua-

pollebat, auctoritate emendet. Probe enim desultoriam ipsorum levitatem secum expendens, qui veritatis prius acceptae palmam non modo sibi passi fuerant interverti, sed & insuper circa Pseudo-Doctorum dogmata exorbitantantes adeo, atque infamientes videbantur, ut ad pristinam Evangelii sapientiam ne quidem revocari possent, jure meritoque ipsos nominare poterat ἀνόντας. Sunt, qui ad ingenium gentis respexisse Apostolum, proinde non tam affectatam, quam naturalem, Galatarum, utpote e Barbaris oriundorum, indocilitatem, atque vecordiam per stultitiam arguisse, putant. Quos inter primas facile tenet Hieronymus, qui sicuti *Cretenses mendaces* notet *Epimenides*, *Danos Mauros*, *feroce Dalmatas* Latinus pulset *Historicus*; *timidos Phryges* omnes Poetae lacerent, *Graecis* item *juxta Tullium* pro *Flacco* ingenita insit levitas, & erudita vanitas; ita & Apostolum *Galatas* *regionis sua*, ut ipse loquitur, *proprietate pulsasse*, arbitratur, quod vitio gentis fuerint indociles, vecordes, & ad sapientiam tardiores. vid. Cornel. a Lap. in Comm. ad Gal. III. f. 43. a. Attamen alii vicissim, & quidem plerique, rectius ad rem ipsam, & culpam Galatarum commissam, objurgationem hanc Apostolicam severiore referre malunt, ut adeo eorundem incogitantiam, & intermissionem spiritualis συγκρίσεως inter Mosen & Christum, legem & Evangelium, Opera & fidem b. l. taxet, ac reprobendat Apostolus, qua ex iis, quae de Christo, morte, & merito ejus didicerant, & tenebant, hacten difficulter veritatem dignoscere potuissent, nisi ipsi sibi per socordiam defuissent, uti bene explicat B. D. Andr. Kuanus in Comm. ad b. l. Illud vero durius longe videtur, quod ipsos praestigiis, seu fascino adeo correptos pronunciet, ut illud etiam, quod perspicuum, & prope sensibus expo-

expositum erat, animadvertere, ac intelligere non possent: *Quis, inquit, vos fascinavit?* Vtitur gravissima, & atrocissima voce βασιλεύειν, quam *Theophylactus*, & *Anselmus h. l.* per *invidere*, alii vero magis accommodate per *fascinare*, seu *incantare*, exponunt, ipsam vocabuli originem haec tenus fecuti, quod πάγκα τὸ Φάετοι νοίνεν deductum, proprie, ut vulgo putatur, *veneficio*, & *noxiis oculis laedere* denotat. His enim vim interficiendi, saltim nocendi, inesse, patet ex *Plin. Lib. VII. cap. 2.* & *Gellio Lib. 9. c. 4.* qui apud *Triballos*, & *Illyrios*, esse quasdam familias, quae oculis, atque intuitu interimant, uterque testantur. Tenerae scilicet hoc potissimum aetati contingere credebatur, quam *veneficae*, *lamiae*, & *striges* adeo incantabant, ut ex ipsorum urenti, & invido aspeetu prorsus languescerent. Unde & illud *Virgili:*

*Nescio quis oculus teneros mibi fascinat agnos.*

Alias etiam *fascinare* dicuntur, qui vel *incantationibus* ita ligant homines, ut liberi non sint, nec mentis compotes, vel *praestigiis* ita oculis imponunt, ut, quod in conspectu est, vel non videant, vel falsas rerum species pro veris apprehendant. vid. *Flat. Clav. Scr. & Ravanell. Biblioth. S. sub voc. fascinare.* Posse hac ratione *Cacodaemonem* sensus humanos ludificare, atque perstringere, fusiis probat *B. Lutherus* in aureo *Comm. ad Gal. ad h. l.* Ex quo facile apparet, Apostolum h. l. *Pseudo-Doctores* ipsis vetulis, vel etiam circulatoribus, agyrtis, & magis, comparare, qui verborum *praestigiis* *Galatas* ita dementarint, ut veritatem, liquido prius agnitam, nunc putent errorem, errorum vicissim pro veritate recipient. Sic enim non tam crassum illud, quo sensibus illudi dicitur, quam subtilius, idemque magis periculosum, *fascinum*, quod spirituale alias

vocant, ab Apostolo insinuantur, quiq[ue] adeo Galatarum  
mentem, ac intellectum per praestigias, atque ludibria se-  
cū docentium ita praestictum, perturbatumque esse dicit,  
ut de veritate tam gnaviter, tamque perspicue ipsis pate-  
facta, neque recte iudicare, neque eidem, quod fieri alias  
debebat, obsequi possent. *Quis*, inquit, *vos fascinavit*,  
vel incantavit, h. e. quasi *fascino*, aut magico quopiam  
carmine, menti vestræ velut praestigiator falsis persuasio-  
nibus illusit? *Quis oculus nequam, & invidus vos, miserī*  
*Galatae*, in fide Christi teneros, atque novellos, in tantam  
fraudem, coecitatem, & errorem induxit? *Quis* denique  
veneficiis quasi *vos* ita infecit, ut corrupti sensu, intellec-  
tu, iudicio, clarissimam Evangeliū lucem, ante oculos ve-  
stros radiantem, non videatis, sed falsam, & heterodo-  
xam doctrinam pro vera, & salutifera suscipiatis? Id enim  
est, de quo valde conqueritur Apostolus, quod *Galatae*  
*veritati non obsequantur*. Non quidem simplicem eorum  
incredulitatem, sed spontaneam apostasiam, & tristissimam  
a fide defectionem, hoc ipso insinuat, quod scilicet  
veritati Evangelicae tam certo, tam aperte, tam efficaci-  
ter denique edoctae, non nisi ad tempus fidem habere vo-  
luerint: quod se passi fuerint *transferri in aliud Evange-*  
*lium*, *turbari, concuti, dubios reddi, cap. I, 6. 7. alienari,*  
*& abdicari a Christo, V, 4.* & a sinceritate fidei ad corru-  
ptam Pseudo-Apostolorum doctrinam, eorumque sutelas  
legales turpiter abduci. Tam miser, tamque periculosus  
tunc erat Ecclesiae Galatarum status. Tanta sigillatim fal-  
sae, quā impositum ipsis fuerat, haereticorum doctrinae  
vis, & efficacia veluti insita esse videbatur, ut eadem, qua  
per *fascinum* fieri alias solet, opera per illam seduci, mi-  
tificeque excoecari possent. Idem vero hoc est, quod &  
subse-

subsequentibus subinde temporibus, nunquam vero pro-  
pemodum magis, quam nostratis, vergente ad interi-  
tum mundo, coetui divino contigisse, non sine anxiis su-  
spiriis, & columbinis gemitibus, dolemus, ac intuemur.  
Sic enim fascinator ille, inquit B. Luther. *I. c.* non tantum  
potens fuit in Galatis, sed semper hoc agit, ut, si non omni-  
bus hominibus, tamen multis, imponat falsis persuasionibus,  
quia mendax est, & ejus rei pater. Et certe hac sua arte  
dementat hodie, ut dixi, fanaticos spiritus, in his regnat,  
ac tam inflexibles, & duros facit, ut nulla incus tam dura  
esse possit. Doceri se non patiuntur, nullam rationem audi-  
unt, Scripturam non admittunt; sed tantum solicii sunt,  
quomodo fictis, & ementitis e capite suo glossis, adductos con-  
tra se Scripturae locos eludant, ac somnia sua in Scripturam  
invecta defendant. Haec nimurum est illa, quam suo jam  
tempore praedixit Apostolus, Errorum efficacia, quanique  
supinum veritatis coelestis contemptum insecuritaram infelici  
omine praenunciavit *2. Thess. II, 10. n.* Dignum itaque no-  
bis visum fuit hoc ipsum argumentum ad piam Διόσκουρην  
proponere, cuius diligentior disquisitio nonnullis se-  
culi nostri controversiis lucem fortassis poterit foenerari.  
Faxit DEVS feliciter!

*Verba textus authenticici ita fluunt:*

Αγ<sup>θ</sup>’ ὁν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας ἐκ εδέξαντο εἰς  
τὸ σωθῆναι αὐτὲς. Καὶ διὰ τέτο πέμψει ὁ Θεὸς ἐνέρ-  
γεσαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεύσαι αὐτὲς τῷ ψεύδει.

Versio SEB. SCHMIDII.

Loco eorum, quod amorem veritatis non suscepérunt,  
ut salvarentur. Propterea ergo mittet illis DEVS efficaciam  
erroris, ut credant illi mendacio.

Versio

## Versio B. LVTHERI.

Dafür / daß sie die Liebe zur Wahrheit nicht haben angenommen / daß sie seelig würden. Darumb wird ihnen Gott kräftige Irrthüme senden / daß sie glauben der Lügen.

## S. I.

**C**um ex monito B. D. Glassii in Philol. S. Lib. II. Part. II. Sect. II. p. 356. Franzii de Interpret. Scr. S. praecepto 2. pro intellig. Bibl. p. 48. Walthero in Harm. Bibl. libello priori Cap. 2. §. 16. Reinhardi in Hermen. S. P. IV. Sect. 4. reg. 12. aliorumque, Sacri cuiusdam commatis interpreti prae caeteris incumbat, in antecedentia textus inquirere, oraculi nostri, circa quod occupamur, occasio pariter ex antecedentibus petenda erit. Hujus enim cum caetero contextu nexus, quatenus ille nostro servit proposito, si vestigemus, deprehendimus, in eo totum esse Apostolum, ut de tristissima, ac luctuosissima Ecclesiae calamitate, universale orbis judicium antecessura, exponeret, suosque circumspecte moneret. Non enim tunc deerant in Thessalonicensium Ecclesia Pseudo-Doctores, qui varias revelationes, & Prophetias de Die Domini Pantocritico jactantes, verba quaedam, quasi ab ipso Apostolo prolata, quin & Epistolas, veluti ab eo scriptas, fingeant, ac propalabant, quibus dogmata sua, vel potius somnia, de die judicii instanti, populo persuaderent, & hac ratione Ecclesiam in diversas sententias, ac factiones scinderent, misereque perturbarent. vers. 1. 2. Graviter itaque Thessalonenses obtestatur Apostolus, ne sibi ullo pacto persuaderi sinant, instare jam, & plane prae foribus esse, diem Domini, v. 3. Ut vero ipsos impendentis judicii metu plane liberaret, sigillatim exponit de Apostasia quadam,

seu

seu defectione a fide praecessura, h. e. ingenti seductione Anti-Christi, sub cuius regno a Christiana religione innumerabiles copiae, & myriades hominum defecturae es-sent. De praecedaneo itaque hoc Anti-Christi adventu vers. 3. seqq. fusi s differit, cuius regnum, & dominatum graphicē describit, ipsumque vivis veluti coloribus depin-git, ut eo accuratius dignosci, & de ejus revelatione, ac regno Thessalonicensibus constare possit. Caussam prae-terea notat, ob quam DEVS tot erroribus, atque menda-ciis, in regno Anti-Christi locum relicturus, tantamque seductionem in genere humano, & quidem in medio tem-pli Dei, permisurus sit, odium scilicet, contemptumque ve-ritatis, & doctrinae, per Christum revelatae, eo scil. quod quidam, quos vocat *pereuntes*, veritatem recipere detre-clarint, per quam tamen salutem consequi potuissent. Hunc enim veritatis divinae contemptum poenam, justissi-mo Dei iudicio insecuram, indicat, nempe *missionem Er-rorum*, quos notanter admodum *efficaces*, & vel adversus ipsam veritatem coelestem, inter homines, praevalituros pronunciat.

## §. II.

Nunc ut planum quadantenus, ac pervium oraculi nostri sensum reddamus, primo omnium de *culpa* Thessa-lonicensium commissa exponere liceat, quam *comm. 10.* de-scribit Apostolus, in *poenam*, quam *culpam*, & delictum in-securam *comm. 11.* indicat, suo loco, & tempore inquisi-turi. Haec enim duo fere sunt, quae in Oraculo nostro fistuntur, nobisque expediunda erunt. *Culpam* ita Paulus delineat: *Pro eo, quod amorem veritatis non receperunt, ut salvarentur, dabit Deus &c.* Hinc ante omnia de *Ve-ritate*, cuius h. l. sit mentio, quaeque tum *amabilis*, tum

B

salu-

*salutaris*, denique & a nonnullis audacter repudiata, dicitur, paulo sollicitius fuerit dispiciendum. Ac  $\alpha\lambda\eta\vartheta\epsilon\iota\sigma$  quidem in Scripturis, aequae ac apud Philosophos, sua Homonymia non caret. Et delectari omnino videtur Spiritus S. veritatem exprimentibus vocabulis, cum diversas nonnunquam res, utut non adeo diversas, iisdem notare voluerit, quorsum vid. *Flac. in Clave f. 1288.* & *Ravanell. in Bibl. S. f. 808. b.* Si quis itaque, aequae ac Pilatus quondam, mutato tamen sensu, h. l. quaerat: *quid est veritas?* *Job. XVIII, 38.* illi cum veritatis Doctore, Christo puta, responsionem breviter, & rotunde suppeditamus ē *Job. XVII, 17.* Ibi enim solis radiis scriptum offendimus, quid per vocem  $\alpha\lambda\eta\vartheta\epsilon\iota\sigma$  h. l. intelligat Apostolus, nempe ipsum *verbum Dei.* Singularis hic, quod  $\omega\zeta \bar{\epsilon}\nu \pi\alpha\rho\delta\omega$  notare liceat, est *Maldonatus*, in *Comin. b. l. f. 477.* Vtut enim ipse necessum habeat fateri, *omnes autores*, quos unquam sē legisse meminit, verba Christi ita fuisse interpretatos: *Sermo tuus Evangelicus verus est;* illa tamen rectius exponi hunc in modum posse, pronunciat: *Sermotuus, i.e. novum Evangelium res vera est, non typica, non umbratilis, qualis erat lex &c.* quae expositio pariter arridet *Lorino, Comm. in i. Job. V, 5. f. 119.* Ast cum hac ratione litera, citra evidentem & urgentem, necessitatem manifeste deseratur, facile apparet, potiori, & famosiori significationi, qua *verum falso, & mendaciis, contradistinguitur*, h. l. firmiter inhaerendum esse. Novimus quidem, & ex *Flacio l. c.* facile discimus, *verum in Scriptura typis, & umbris subinde opponi*, hoc autem loco id fieri debere, negamus, si quidem & *verbum typicum*, quippe  $\theta\epsilon\sigma\pi\tau\epsilon\upsilon\sigma\omega$ , sua veritate non destituitur. Rectius ergo, quam *Maldonatus*, hic commentatur *Barradius T. IV. Comm. in Conc. Evang.*

L. 5.

L. 5. c. 18. ad verba Christi: *Sermo tuus est veritas: hoc est, inquit, doctrina tua, quam ex me discipuli acceperunt, & servaverunt, veritas ipsissima est, a verbis enim tuis falsitas maxime aliena est; cum quo item nostratis Ecclesiae interpretes faciunt. Certe de verbo Dei, ὀληκός spectato, & Scripturis comprehenso, dubium plane non est, quin veritatis nomine debeat insigniri: Non solum enim sapientiae, bonitatisque O. M. Dei consentaneum est, sed etiam hominis salus, & conservatio ad aeternam salutem illud postulat, ut extet sub Deo, qui non semper extraordinariis patefactionibus, atque revelationibus, de rebus ad felicitatem perpetuam pertinentibus, cum hominibus agit, verbum aliquod primum in perpetua sua, & immutabili veritate, a nullo verbo, extra Deum alicubi posito, dependens, sed immediate circuitis suae ratione, tanquam primae veritati revelanti revelata veritas subordinatum, a quo omnis salutifera veritas deducenda, ad quod omnis alia veritas revocanda, & mensuranda, verba sunt B. Dorschei Theol. Zach. P. I. Diff. 3. §. 1. Praecipue vero verbum Dei, μεγικός consideratum, h. e. verbum Evangelii Joh. VIII, 32. 2. Cor. IV, 2. Col. I, 5. 1. Tim. II, 4. 1. Pet. I, 22. 2. Pet. I, 22. & II, 2. 1. Joh. II, 21. IV, 6. 2. Ep. Joh. v, 2. Ebr. X, 26. veritatis elogio commendari solet, quod alias etiam veritas Christi 2. Cor. XI, 10. salutatur. Rationes appellandi varias suppeditat Coccej. Comm. ad 2. Thess. II, 10. n. f. Evangelium, inquit, vocatur veritas, quia est annuntiatio implementi promissionis; est ipsa imago rerum, quae per typos, & umbras figurabantur; quia per Evangelium cognoscimus Deum, & nomen ejus, qui est Jehovah, prima veritas; quia alia nulla justitia est, quam quae per Evangelium praedicatur; quia sapientes, & prudentes efficit, & ad pietatem dicit, quia ita perfecta est ea*

veritas, ut nullam interpolationem, vel additionem, aut detractionem admittat. Et talis h. l. veritas, quae *Evangelica* dicitur, & generatim totam doctrinam Evangelii complectitur, intelligenda videtur, quod prae caeteris constat ex eo, quod de tali veritate loquatur Apostolus, per quam vita, & salus aeterna, ab istam recipientibus obtainiri potest, *juxta vers. 10.* Haec autem nulla alia est, quam doctrina illa, quae tradita est in *Evangelio*, de nostra aeterna salute per *Christum*, uti recte exponit *Marlorat. Comm. ad b. I.* Evidenter videri poterat ex eo, quod veritas ab Apostolo v. 10. & 12. τῇ ἀδινίᾳ<sup>τῇ</sup> opponatur, colligi posse, veritatem h. l. esse idem, ac justitiam ipsam, quod prae ceteris ex recentioribus fecit *Enno Rudolph. Brenneyßen* in *Tract. von der wahren Weisheit und wahren Glauben / Francf. am Main anno 1698.* in 4. in quo integro *Tract.* illius rei, quae in Scripturis dicitur *veritas*, subjectum, & πρῶτον δεκτικόν, non intellectum, sed voluntatem esse, docet, quem solide refutavit *Summe Rev. Dn. D. Fecht. in Disp. de Veritate Coelesti*, habita *Rostoch. a. 1702.* Et sane non ignoramus, in linguis Hebraea, Syra, Arabica, una eademque notione *veritatem*, & *justitiam*, notari, & subinde invicem committi, quod pluribus ostendit *Lud. de Dicu* ad *Luc. XII*, 57. nec non ad *Luc. XVI*, 9. it. ad *Rom. III*, 4. Novimus item, *Hebraeum* η κράτζουσα *justitiam*, quando de Deo dicitur, passim ejus *veritatem* notare, quin & אמת *veritatem* per δικαιοσύνην a *LXX.* verti *Gen. XXIV*, 49. Es. XXVIII, 19. conf. i. *Cor. XIII*, 16. Idem pariter apud antiquos Graecos obtainere in *Lectionibus Hesiodaeis* ostendit *Clar. Graevius*, conf. *VVitsius Oeon. foed. Dei*, L. III. c. 8. §. 69. Eo tamen adigi vix possumus, ut *veritatem* h. l. per *justitiam* exponamus: ex accurata enim textus inspectione

ctione patet, talem ab Apostolo *veritatem* significari, cui *errores*, ab Anti-Christo diffundendi, & ad intellectum referendi, opponantur, idque, quod vers. 12. subjicitur, in poenam eorum, qui non credunt *veritati*, sed delectantur *injustitia*. Jam si *veritas* h. l. supponeret pro *justitia*, dicendum foret, *justitiae*, tanquam voluntatis virtuti, credi posse, quod ἀτοπον, & menti Apostoli plane incongruum est, qui *veritatem* h. l. *justitiae*, non ut formam formae, opponit, sed id tantum indicat, amorem *injustitiae*, & flagitosissimae vitae, obstat, quo minus quidam credant *veritati*, sed erroribus delectantur. Ne quid addamus de eo, quod absonum haut esset, siquidem τὸ ἐύδοκεν εὐ ἀδίκια, per *delectari doctrina non recta*, & vera h. l. interpretaremur. Non enim ἀδίκια solum omne scelerum genus, & iniquitates, sed & falsa, & erronea dogmata notat. Haec enim sese mutuo consequi solent. Quemadmodum vera religio parit sanctitatem veram, ita falsa nil nisi hypocrisin, & iniquitatem. Concludimus itaque, quod ἀληθεῖα in nostro oraculo sit attributum, imo Synonymum, verbi Evangelii, ac universi verbi divini, sive illud, quatenus voce ministerii sonorum est, audiatur, sive, quatenus in Scripturis V. & N. T. continetur, legatur, atque tam auditum, quam lectum meditemur, id quod perinde est. Idem enim verbum Dei est, manetque, sive praedicetur, sive legatur; sive verbis, ore prolatis, resonet, sive literis significetur. *Vt Caesar*, inquit B. Dannbauer. *Hodoſ. p. 29.*  
*aſe ipſo non diſſert, repræſentetur licet a pičtore in map- pa, a chalcographo in aere; ita verbum, ore annunciatum, a verbo ſcripto non diſſert eſſentialiter; Scripferunt divini vi- ri, quae annunciarunt, & contra. Idem Moſe auditur, & legitur. Idem quoque Christus Matth. XVII, 10. Luc. X, 16.*

Conf. etiam B. Irenaeus *contra Haeret.* L. 3. c. 1. De distinctione, inter verbum Dei traditum, & scriptum, vid. D. Aegid. Hunn. T. I. Opp. f. 1345. sq. Dannh. Hodos. l. c. Calor. Syst. T. I. p. 531. Rivet. in *Cathol. Orth.* Tr. I. Qu. 9. f. 94. In eo vero non immerito Emphasim, & ἐνέργειαν peculiarem, quidam accuratiiores interpretes ponunt, quod verbum Evangelii, simo verbum Dei Θεόπνευσον in universum, abstractive αληθειαν vocetur, vid. Glass. Phil. S. L. 3. Tract. I. de Nom. Can. 7. p. m. 557. & Dannh. in *Hermen.* S. p. 185. Indeque verbum Dei verissimum, & omnibus numeris ἀξιόπιστον, recte appellant. Cum enim abstractum, formam sine subiecto, notet, & ad rem, in Esse perfecto, & ideali, exprimendam, aptum natum sit, summa exinde, & infallibili veritas, quae esse unquam, vel excogitari potest, verbo Dei tribuitur, quando idem veritas esse dicitur: quemadmodum alias etiam homo, vere, & sincere pius, abstractive, Pietas ipsa, die Frömmigkeit selbst/ non sine Emphasii, dici solet. Quod quidem non ita intellectum volumus, ac si verbum Dei eo sensu sit, & dicatur veritas, ut alias Deus veritas esse dicitur, independenter nempe. Interim tantam merito in *Abstracto* hoc vim, & Emphasim notamus, & Scripturam, qua verbum veritatis Evangelicae continet, exinde veracissimam, h. e. infallibili, & immutabili veritate, contra quam, nulla penitus ratione, excipi quicquam potest, praeditam pronunciamus, secus, atque Grotio persuasum est, qui ad locum antea cit. Joh. XVII, 17. αληθειαν ponit, pro αληθεις, αληθεis vero, pro eo, quod fidem mereatur, comminiscitur. Nunquam enim veritas sectata est fucum, ut loquitur Arnobius I. *contra Gent.* Cedamus igitur, inquit Augustinus T. VII. Opp. de Peccat. merit. & remiss. L. I. c. 22. circa fin. f. 669. & consentiamus auctoritati Sanctae Scripturae, quae nescit falli, nec fallere.

§. III.

## §. III.

De *veritate* itaque ex hac tenus dictis cum satis constet, in id porro nunc fuerit inquirendum, quid per τὴν ἀγάπην, sive *dilectionem*, quam cum ἀληθείᾳ conjungit Apostolus, h. l. intelligatur. Quod eo minus negligendum esse videtur, quo magis a se invicem Interpretes circa hanc loquendi rationem dissentire solent. Quidam enim putant, ἀγάπην τῆς ἀληθείας exponi haut incommode posse, per *veritatem amabilem*, non secus, ac *divitiae gloriae*, pro *diviti gloria*, *Epb. I, 18. Col. I, 27.* & *ignis flamma*, pro *flamma ignea 2. Theff. I, 4.* ponantur, vid. *Calov. in Bibl. illustr. ad h. l.* ut adeo illos hic taxet Apostolus, qui ex *prædicatione* *Evangelli caritatem illius*, nec conceperint, nec eadem vere fuerint delectati, juxta *vers. 12.* Alii ἀγάπην τῆς ἀληθείας *metonymice* hic poni, persuasum sibi habent, *pro summo Dei beneficio, in patefacienda veritate Evangelica, parem metonymiam in voce ἀγάπης Rom. V, 15.* offendit docentes, vid. *Calov. l.c.* quae tamen sententia *Maresio* non probatur. Aliis rursus, juxta *Anshelmum*, *caritas veritatis* idem est, ac *caritas vera*, seu *caritas, & Spiritus Christi verax, vereque amabilis*, vid. *Cornel. a Lap. in Comm. ad b. l.* Patres denique nonnulli, *Chrysostomus, Oecumenius, Theodoreus, & Theophylactus, Primasius* quoque, per ἀγάπην τῆς ἀληθείας intelligent *ipsum Servatorem nostrum Christum*, hunc enim utrumque esse docent, tam *caritatem*, quam *veritatem*, & propter utrumque venisse in mundum, scilicet, ut verissima caritate se nobis traderet, utque suam caritatem, & veritatem nos amplecti, & aemulari doceret. Ita enim se habent *Chrysostomi* verba: ἀγάπην ἀληθείας τὸν Χριστὸν καλεῖ. ἀμφοτέραι γαρ οὐ, καὶ δι ἀμφότεραι παρεγενετο, καὶ ἀγαπῶν τὸς οὐδεώποτες, καὶ μπέρ αληθῶν

ἀληθῶν περιχωράτων, h.e. amorem veritatis Christum vocat. Vtrumque enim erat, & utriusque rei gratia venerat, & amans homines, & propter veritatem. Vnde & S. Cyprianus Ep. 55. ad Cornel. legit: eo, quod dilectum veritatis non habuerunt. Sententiam vero hancce suam firmo stare talo, existimant, siquidem hoc Apostoli conferant cum illo Christi Job. V, 43. Judaeis dicentis: Ego veni in nomine Patris mei, & non recipitis me, venit alius in proprio nomine, & illum recipietis, conf. Zanch. in Comm. ad 2. Thess. II, 10. 11. & Cornel. a Lap. l.c. Omnes hae in medium allatae sententiae ita quidem sunt comparatae, ut nec Scripturis, nec ipsi fidei analogiae, hactenus contrariantur, hinc & non adeo morose, ac pertinaciter, a nobis rejiciuntur. Interim tamen, si dicere fas est, quid intra nos ipsos sentiamus, cum textus συναρθέσιον non adeo conciliari posse, videntur, quae id potius suadet, & urget, ut αὐγάπτη τῆς ἀληθείας, per amorem, & studium veritatis, divinitus revelatae, h.l. exponatur. Quare & D. Ambrosius, dilectionem veritatis, & Vatablus, amorem veritatis h.l. insinuari, existimant. Hunc sensum multo faciliorem, & planiorem, magisque connexum subsequenti versiculo n. putamus, in quo amorem veritatis errori, seu amori, & amplexui erroris, atque mendacii, opponi deprehendimus. Ut adeo de tali veritatis amore loquatur Apostolus, qui omnem divinae veritatis contemtum, & odium, quippe cum eodem nullatenus conciliandum, prorsus removeat, atque excludat. De caetero, si quis potius Pleonasmum h. l. obtinere, statuere velit, quod facit Matth. Polus in Synops. ita, ut, amorem veritatis non recipere, dicat Apostolus, pro, veritatem non recipere, veritatem non amare, duabus loquendi rationibus in unum confusis, quemadmodum v. g. I. Pet.

I. Pet. III, 10. qui vult amare vitam, dicitur, pro, qui vult vitam, qui diligit vitam, ut habetur Psalm. XXXIV, 13. illi haec tenus non refragabimur, dummodo, primario ab Apostolo ad amorem, & studium veritatis coelestis digitum h. l. intendi, concedatur.

## §. IV.

Non vero solum tanquam *amabilem*, sed & *salutarem* porro nunc veritatem delineat Apostolus, dum eum in finem eandem promulgatam, & per praedicationem Evangelii oblatam pronunciat, εἰς τὸ σωθῆναι αὐτὸς, ut salvi fierent. Sic enim haec verba non *ad eventum rei*, sed *ad consilium Dei*, itemque propriam Evangelii naturam, referenda esse, recte observat Math. Polus in Syn. ad h. l. Scilicet non eo fine, ut pereant, veritatem Evangelicam Deus offerre censendus est, qui sane *morte peccatoris non delectatur*, Ezech. XVIII, 23. XXXIII, II. 2. Petr. III, 9. sed ut credentes per ipsam serventur, & *salvi fiant*; id quod vel ipsius veritatis Evangelicae natura, & indoles exigere videtur: haec enim est *potentia Dei ad salutem omni credenti* Rom. I, 16. Haec sola σοφίσαι εἰς σωτηρίαν dicitur, 2. Tim. III, 15. Et in illa, quae de Christo testatur, Scriptura, seu veritate, vitam aeternam haberi posse, ipse Servator pronunciat. Joh. V, 39. conf. c. XX, 31. Hinc & facile apparet, nullam aliam fere h. l. insinuari veritatem posse, quam quae supra nobis appellabatur *Evangelica*, quippe quae unica per loc. all. *salutaris* dici meretur.

## §. V.

Hanc ipsam autem tam *amabilem*, tamque *salutarem veritatem*, haec tenus delineatam, susque deque a nonnullis habitam, & malitiose rejectam fuisse, apparet ex eo, quod eandem σκ. ἐδέξαντο non recuperunt. Operae pre-

tium fuerit, hic ante omnia nosse, quinam sint illi, de quibus h. l. D. gentium Doctori sermo sit, quorumque oscitantiam in recipiendo veritatis amore notet, ac reprehendat. Scilicet nullos alios sibi carpundos hic sumit Apostolus, quam illos, quos eodem vers. 10. diserte appellat τοὺς ἀπόλλυμένους, sive pereuntes. Tacito nomine hic notari *Judaeos*, existimat *Cornel. a Lap. in Comm. ad h. l.* Hinc enim docent, inquit, *Patres*, *Anti-Christum venturum maxime* hac de causa, ut *Judaeos decipiat*, *idque in poenam incredulitatis sua*, *qua nolserunt recipere Christum*, qui tot vera miracula, tam veram fidem, & doctrinam, tam puros mores, & vitam *Judaieis* exhibuit. Idem fere sentit *Bellar.* qui *Lib. 3. de Rom. Pontif. c. 12.* disputat, *Judaeos suscepimus ire Anti-Christum pro Messia*, *quia caritatem veritatis non* receperint. Vix autem videtur haec consequentia Bellarminiana ex verbis Apostoli nostri probari posse, siquidem multi *amorem veritatis non* receperunt, qui tamen Anti-Christum pro Messia, nec receperunt, nec unquam recipient. Neque h. l. soli *Judaei* amorem veritatis non recepisse dicuntur, sed omnes ἀπόλλυμενοι, seu pereuntes. vers. 10. Utut enim *Judaei* data opera Evangelio fuerint rebelles, non tamen soli possunt appellari pereuntes, cum & plures alii sint, qui pereant, illi nempe, in quos se se exerit ἀπότητη τῆς ἀδινοας. vers. eod. Ut taceamus illud, Pontificios ipsos docere, plerosque *Judaeos*, Anti-Christum suscipientes, ab Enoch, & Elia esse convertendos; ex quo palam sequitur, *Judaeos* hac ratione non perire, sed salvos fieri, quod hactenus repugnat Apostolo, qui h. l. non de salvandis, sed pereuntibus differit. Neque est, quod quisquam, pro stabilienda hac Pontificiorum sententia, urgeat, lequi Apostolum non in futuro, sed praeterito tempore, non receperunt,

perunt, hoc ipsum autem optime quadrare in *Judeos*, quippe qui Christo, & Apostolis, Evangelium praedicantibus, credere noluerint? Ex accurata enim textus inspectione patet, loqui Apostolum respectu temporis Anti-Christi, cuius mentionem injicit, priusque adeo ipsum recensere *culpam*, nempe veritatis divinae contemptum, deinde *poenam*, scilicet *Anti-Christi, & Errorum immisionem*; neque aliter fere eundem loqui potuisse, nisi *poenam* ante *culpam* statuere voluisset, quod impium. Praeterea & illud notum est, Graecorum Aoristos ex eo dictos fuisse, quod *futuri*, aequa ac aliorum temporum, significationem participant, de quo vid. *Gloss. in Phil. S. L. III. Tract. III. Can. 46. p. 879.* *Conf. Graver. in Anti-Cost. Disp. 9. thes. 127. - 129. p. 795. seqq. Cham. Tom. II. Panstr. Cathol. L. XVII. Cap. 9. §. 5. - 9. p. 572. Gerhard. L. II. Spec. par. 1. Conf. Cathol. art. 3. c. 6. p. 796. Thumm. de Pap. Anti-Christ. Cap. 42. p. 149. seqq. aliosque, quos citat Andr. Prückner. Vindic. Bibl. ad h. l. f. 635. a.* Nos hisce longius non immorantes, illud observamus, loqui Apostolum in genere de omnibus, qui extiterunt unquam, & huc dum extant, veritatis divinae contemtoribus, quos recte *pereuntes* appellat, propterea, quod sunt filii  $\alpha\pi\epsilon\theta\epsilon\iota\varsigma$  Ephes. II, 1. quique adeo, dum non credunt, perditione merito, atque damnatione digni judicantur. Joh. III, 16. Hinc recte *Calvinus in Comm. ad h. l. ad quaestionem: annon in alios cadat extirpationis poena, nisi qui data opera Evangelio fuerunt rebelles?* ita respondet: *Peculiare hoc iudicium, quo apertam contumaciam ultus est Deus, non obstat, quin stupore percuriat, qui nunquam verbo de Christo audierunt; quia Paulus non disputat in genere, quibus de causis ab initio Deus Satanam cum suis mendaciis graffari siverit, sed quam horribilis*

vindicta immineat crassis novae, & prius insolitaे gratiae contemtoribus.

## §. VI.

Iidem itaque pereuntes sunt illi, quos satis emphatica locutione amorem veritatis non recepisse dicit Apostolus. Vtitur vocabulo δέχεσθαι, quo certe non nuda aliqua, ac simplex, sed singularis prorsus, & cum effectu conjuncta acceptio indigitatur. Quo sensu δέχεσθαι habetur Matth. X, 40. 41. ubi recipere aliquem, idem est, ac honorifice, & humaniter suscipere, h. e. gratia, amore, ac favore eum complecti, & omnia humanitatis officia in eum exercere, quin & eundem audire, & fidelem obedientiam praestare, conf. locus parall. Luc. X, 16. Sic & Christus ἀμαρτωλὸς προσδέχεσθαι dicitur, h. e. accedentes peccatores non averfari, sed benigne suscipere, & cum ipsis familiariter versari. Luc. XV, 2. Eadem vi, & Emphasi τὸ λαμπτόν donatum esse discere licet ex Job. I, 11. 12. V, 43. XIII, 20. Col. II, 6. ubi recipere Christum est eum revereri, ac venerari, pro vero ipsum Messia agnoscere, atque in eum credere. Ita δέχεσθαι τὸν λόγον τὸν Θεόν est sermonem Dei amplecti, seu eidem assentiri, ac credere, ac secundum ejus praescriptum fidem, animum, ac vitam dirigere, Act. VIII, 14. XI, 1. XVII, 11. quod etiam de illis, qui πρόσωποι, & fide tantum temporaria praediti sunt, enunciatur. Matth. XIII, 20. Marc. IV, 16. 17. Luc. VIII, 13. Ipse pariter sermo πάσης ἀπόδοχῆς ἀξιος dicitur, h. e. dignus, quem tanquam doctrinam, coelitus patefactam, amplectamur, cui assentiamus, obediamus, & credamus. 1. Tim. I, 15. IV, 9. Sic etiam recipere verba Christi, est praedicationem Evangelii fide amplecti. Job. XII, 48. XVII, 8. Et recipere gratiam Dei, 2. Cor. VI, 1. seu recipere Evangelium, c. XI, 4. idem est, ac Evangelii praec-

praedicationi credere, eamque approbare. Ex quibus omnibus facile apparet, quamlibet *veritatis divinae receptionem* h. l. urgeat Apostolus, talem nimurum, quae cum amore, approbatione, fide, & obedientia, maxime sit conjuncta. Idem vero hoc est, quod in illis, qui pereunt, anxie nunc desiderat, quod scilicet tam *amabilem*, tamque *salutarem veritatem* εν εδέξαντο, non receperint, quo ipso non supinam solum eorum negligentiam, sed & obstinatam malitiam insinuat, quod nempe eandem fastidientes prolsus rejecerint, ac pertinaci animo repudiarint. Sic enim *non recipere* est non credere, assentire, fidem adhibere, non amplecti, imo per μείωσιν, seu ταπείνωσιν idem significat, ac rejicere, & repudiare, quo sensu in ista Phrasii *non recipere testimonium alijujus*, Job. III, 11. 32. & Act. XXII, 18. accipi, *Ravanellus in Bibl. S.* observat. Ut adeo h. l. simul nausea, & contemptus veritatis Evangelicae innuatur, & quidem veritatis in propinquuo sitae, & suaviter oblatae, (id quod ex vocabulo δέχεσθαι judicare licet,) quae, dum offertur, & in aures ingeritur, sua alias dulcedine, ac suavitate, ad eam fovendam, & amplectendam, allucere homines solet: *Vbi enim lux affulget oculis, visio affertur, ubi veritas menti, & quidem veritas summopere amabilis, ibi se quodammodo amor veritatis insinuat; ubi caritas Dei cognoscenda praebetur, ibi fides non modo imperatur, sed veluti extorquetur, &c.* verba sunt Coccej. in Comm. ad h. l. a pereuntibus autem spontanea quadam ορπει, & affectata malitia fuerit rejecta, & mirum quantum repudiata. Docet itaque Apostolus, & ipse velutiimiratur, adeo contemni, ac vilipendi veritatem coelestem a pereuntibus potuisse, cuius alioqui cognitio, tanquam proficia, ac salutaris ab iisdem magnificieri debuisset. De veritate

ritate saltim humana, & mundana, tale quid expectare vix licet: in hujus enim cognitione omnem merito vitam consumendam esse, censuerunt Philosophi; in hac universam suae felicitatis summam posuerunt; hujus contemplationem pro Summo iudicem Bono venditarunt. Et sane negari non potest, quin agnitus veritatis, etiam in rebus Philosophiae, & rationi humanae subjectis, usu pariter, ac voluptate, sive delectatione sua non destituatur. At vero si justa lance res ponderetur, certum est, Theologicae illius sapientiae, veritatisque divinae cognitionem vere esse Summum Bonum, quippe quae sola Deum, rationi sibi relictae incognitum, & quem misit, Jesum Christum, fidei yō̄gēs contemplatur, cuius cognitionis utilitas intra hujus seculi septa nequaquam concluditur, sed vel in alteram usque vitam sese profert. *Joh. XVII, 3.* Quicquid vero sit, eandem tamen hanc veritatem sū̄ edē̄çavto, non receperunt: *Non judicarunt sē dignos vita aeterna. Act. XIII, 46.* Non ita sibi cari fuerunt, ut de vita, & salute aeterna cogitarent, sed ad praesentia, & pereuntia sē veluti bestiae abjecerunt. Dum vero amabilitatem vitae aeternae rejeccerunt, & ipsum veritatis amorem rejeccerunt, per quam ostenditur Christus, in quo est vita aeterna, cuius cognitio & amor est initium vitae aeternae, uti παραφεύζει Coccoj. I.c. Verbo: averterunt aures a veritate, & converterunt se ad fabulas. *2. Tim. IV, 4.*

## §. VII.

De supino iraque neglectu, & contemptu veritatis divinae postquam satis ex Oraculo nostro, pro instituti ratione, exposuimus, restat, ut de gravi, horribilique poena, & ultiōne divina, eundem insecurita, praeante Apostolo, pariter dispiciamus. Hanc ipse paucis quidem, sat tamen

tamen gravibus, ac ponderosis verbis comminatur, dicens: *Propterea mittet illis Deus efficaciam erroris, ut credant mendacio.* Justam nimurum hanc Nemesin divinam esse docet, ut in devia, & Labyrinthos Errorum abducantur, qui in recta veritatis semita deambulare dubitarunt, ut coecitate percussiantur, qui lucem aspicere recusarunt, ut erroribus, atque mendaciis fidem habent, & falsissima quaeque sine iudicio promiscue arripiant, & tueantur, qui veritati consentire noluerunt. Sic enim Deum verbi sui contemptum gravissime ulcisci pulchre docet *Vvinckelmanus in Comm. ad Apocal. VI. p. 1216.* qui *Thesauro Apostol. B. D. Hunni* insertus est: *Quando, inquit, aures hominum pruriunt cupiditate novorum dogmatum, fastidientes simplicem veritatem Evangelii, tum Deus justo iudicio permittit, ut in errores seducantur ab hereticis dogmatistis.* Haec causa est tot heresum, & tandem blasphemiarum Mahumeticarum, quae gladio defensae, ac propagatae sunt. Hinc in Occidente tot cultus idololatrici, superstitiones, & ad illas maxima hominum multitudinis defectio. Quare notanter admodum causam gravissimae hujus poenae indicat Apostolus, tum per τὸ ἀνθρώπῳ, quod justam Dei retributionem significat, ut observant *Gomarus, Piscator, Vorstius*, vid. *Luc. I. 20. XIX. 44. Act. XII. 33.* tum per τὸ διὸ τῷ τῷ, quo non sine singulari Emphasi hic utitur, ut, Deum veluti provocatum ad poenam infligendam fuisse, significet. Διὸ τῷ τῷ, propterea scilicet, quod dantur quidam sponte percuntes, qui foedissima impietate, & ingratitudine se polluentes, Anti-Christo se addicturi, & ab Evangelica veritate, quae oblata ipsis fuit, quamque ut pretiosissimam omnibus aliis rebus anteponere debuissent, sceleratissime defecturi sunt, humana vicissim commenta, nugas, idola, summo

summo studio, ac applausu excipient, & exosculabantur, Deique verbo preponent, hinc fieri aliter non poterit, quam ut summa Deus haec talia poena vindicet: mitter itaque illis efficaciam erroris, ut credant mendacio. Meneretur, inquit Marloratus in Comm. ad h. l. pertinax reproborum adversus Christum rebellio, ut qui Christum pro sua caritate servare cupientem omnes, & pro sua veritate patefacentem ea, quae pertinebant ad salutem, non receperunt, ut salvi fierent, nunc permisso Dei valeat apud illos falsitas pro veritate, valeat tyrannis pro caritate, extinctor pro Salvatore, jamque credant mendaciis homines scelerati, qui Filio Dei vera praedicanti credere recusarunt.

## §. IIX.

Primum, quod in justissima poena divina conspicuum erit, notatur vocabulo πλάνης, quod quidam imposturam, seductionem, illusionem, & deceptionem, alii vero, & quidem plerique, Errorem h. l. interpretantur. Originem illud dicit a πλάνων, quod aliquando seducere, in errorem inducere, saepius & errare, h. e. a via recta deflectere, vel viam rectam non nosse, hinc inde incertis sedibus vagari, significat, unde & Fungerus in Etymologico, & post hunc M. Martin. latinum Errare non inepte derivant πλάνη τὸ ἐρέπειν, quod est μετὰ λύπης οὐκ Φθορᾶς πορέουσαι, cum dolore, & corruptione ire. Hinc errare per desertum, per solitudinem viae, nec invenire civitatem habitabilem dicuntur, qui huc illuc vagantur, & exiliis miserias perferunt. Psalm. CVII, 4.5.40. Ebr. XI, 38. Sic errare a terra dicitur pes illius, qui e patria, ac regione, quam incolit, propter peccata ejicitur, & nullas habens certas sedes hinc inde peregrinatur. 2. Reg. XXI, 8. 2. Paral. XXXIII, 8. Spectat huc quoque Error ovium, quae exinde vocantur τὰ πρό-

Barata

Βατα πλανώμενοι, 1. Pet. II, 25. Psalm. CXIX, 178. Ef. LIII, 6.  
 nec non ἀσέρες πλανῆται, stellae erraticae, quae vulgo  
 tales videntur, & Aristot. L. I. Meteorol. ἀσέρες διαθέοντες,  
 h. e. stellae discurrentes nuncupantur. vid. Ep. Jud. v. 13. Ex  
 his facile apparet, quod Error, a quoquinque dénum is  
 committatur, proprie nihil sit aliud, quam actus, a suar-  
 etitudine, & regula, recedens, isque recte errare dicatur,  
 qui a via deflektit, regulam negligit, ordinem praescriptum  
 contemnit. De caetero, quod hic praetereundum non  
 est, Error & voluntati, & intellectui, tribui solet, non, quod  
 error utriusque immediate inhaereat, quod falsum esse omnes  
 norunt, sed quia error intellectus non raro a voluntate  
 participatur, quin & affectatur. Nec enim desunt, qui  
 hoc illudve volentes nesciant. 2. Pet. III, 5. Juxta volunta-  
 tem igitur errare quis dicitur, quando vel contra ius, fasque  
 aliquid agit, 1. Sam. XXVI, 21. vel pro lubitu vivit, atque  
 adeo vitam secundum praecepta Dei non instituit. Psalm.  
 CXIX, 67. Hinc errare a praecepsis Dei dicuntur, qui man-  
 data Dei non servant, sed vitam agunt impiam, & scele-  
 ratam, Psalm. CXIX, 10, 11. & errabundus corde populus pro  
 populo depravatissimo, qui pravis suis cupiditatibus totus  
 deditus, non ex infirmitate, sed ex malitia peccat. Ebr. III,  
 10. Psalm. LXXV, 10. Error denique viae, pro scelerata vita  
 Jacob. V, 20. ponitur. Intellectui quando Error vindicatur,  
 pro tali deceptione supponit, qua quis inclinatur ad assen-  
 tiendum falsis, ita, ut vera pro falsis reputet, & incerta  
 pro certis, vel etiam certa pro incertis habeat, vid. Augu-  
 stin. Enchir. ad Laurent. c. 7. Atque adeo Error tunc de-  
 ceptionem, sive passive, sive active acceptam, Matth. XXVII,  
 64. Ephes. II, 14. 22. 1. Theff. II, 3. 1. Tim. IV, 1. Ep. Jud. v. 11. (in  
 quibus locis omnibus vocem πλάνης Vetus Interpres redi-  
 dit)

dedit per *errorem*,) & fraudem, qua nefarii quidam homines utuntur, ad circumveniendum, & seducendum incautos, 2. Pet. III, 17. falsam denique de Deo fententiam, & doctrinam, 2. Pet. II, 18. Matth. XXII, 28. significat. Vnde & Pseudo-Propheta, qui falsam doctrinam docet, & alios decipit, per *Spiritum Erroris*, 1. Tim. IV, 1. 1. Job. IV, 6. & per eum, qui inducit populum in errorem, Mich. III, 5. denotatur. Hoc loco, quando *Error* contemptum veritatis infestatur dicitur, ejusmodi ἀπάτη, sive deceptio circa opinionem, seu intellectum, per eum innuitur, cum quid quis nescit, quod tamen se scire putat, adeoque se, & alios decipit. Proinde hic non tam ad voluntatis errores, qui alias peccata, stricte sic dicta, appellantur, quam ad illos, qui ad intellectum referri solent, & vel dubitationem, & fluctuationem, vel ignorantem, vel denique incogitantiam, & inadvertentiam, secum vehunt, respicuntur. De tali enim *Errorre* Apostolo sermo est, qui veritati, ejusque receptioni, de qua antea disseruerat, aperte contradistinguitur. Quemadmodum itaque veritatem non voluntate, sed mente potissimum, ac intellectu, non recipi queritur Apostolus, ita & ejusmodi *Errores*, ex justo Dei iudicio immittendos, & in Veritatis divinae locum substituendos, praenunciat, quibus credi, & fidem indubitatam adhiberi posse, dicit, quod *intellectus* magis, quam *voluntatis* actum significat. Neque vero propterea, quod Apostolus non nisi unius erroris, in numero singulari, mentionem facit, putari debet, ac si unicus quoque *Error*, ad vindicandum veritatis contemptum, sufficiat. Notum enim est, obserante B. Glass. Phil. S. L. III. Tr. I. Can. 12. p. 613. quod Scriptura quandoque *numeri singularis* vocibus collectam multitudinem exprimat, adeoque per Enallagen *Singularem* pro-

*Pluralis*

Plurali ponat, de qua loquendi consuetudine ita differit August. L. II. Locutionis de Exodo ad cap. 8. Nescio, inquit, quomodo per loquendi consuetudinem, imbutis sensibus hominum, saepe plus videtur, quod singulariter, quam quod pluraliter dicitur. Nam plus accipitur, cum dicitur *v. c.* Est illic miles, quam, Sunt isthic milites: Est illic pisces, quam, Sunt illuc pisces. Exempla numero plura hanc in rem collecta vid. apud Glass. l.c. Vnde adeo facile apparet, non unum h. i. Errorem, sed insignem Errorum colludem, ac copiam, voce της πλάνης exprimi.

## §. IX.

His ipsis autem Erroribus, veritatis contemptui successuris, notanter admodum aliquam vim, & efficaciam, tribuit Apostolus. Non enim nudos, ac simplices, sed maxime operaturos, ac efficaces fare Errores, asserit: mittet, inquit, illis DEVS ἐνέγγειον πλάνην, quod Syrus efficacitatem deceptionis, vel imposturae, Beza efficaciam deceptionis, h. e. errores efficaciter decipientes, seu ad fallen-dum, & decipiendum valde ἐνεργειας, & efficaces, red-dunt. Quae sane loquendi ratio, cum non sit tralatitia, aut vulgaris sententiae, sed singularis, reconditique argumen-ti, operae pretium fuerit, in ejusdem sensum paulo studiosius inquirere. Ac ἐνέγγειον quidem, sive efficacitas, & inde deductum ἐνεργειας, vel ἐνεργειας, quod efficax dicitur, ejusmodi voces sunt, quibus alias non levis aliqua vis, & operatio indigitari solet. DEVS ipse, cum Christum excitaret e mortuis, dicitur id ipsum efficaci *vi*, seu efficacitate sua praestitisse, Col. II, 12. cuius alias etiam efficacitas fortis roboris, quam in fidelibus exerit, Ephes. I, 19. Christi item efficax *vis*, quae in Paulo agebat potenter, Col. I, 29. celebratur. Sic & sermoni Dei, Ebr. IV, 12. fidei

D 2

porro,

porro, Gal. V, 6. nec non *Orationi piorum*, Jac. V, 16. aliquam ἐνέργειαν vindicari, deprehendimus, eo, quod haec omnia minime otiosa, sed singulari quadam vi, ac operatione praedita esse, novimus. Vnde facile patet, non levem pariter h. l. ἐνέργειαν Erroribus tribui ab Apostolo, quod ipsum cur fiat, & quare efficax impiarum doctrinorum pestis pronuncietur, quales item sint, qui efficaces prae caeteris dici mereantur, *Errores*, ex iis, quae nunc sequentur, fusius constabit.

## §. X.

Ac initio quidem istud in genere notamus, omnibus *Erroribus*, qui demum cunque illi sint, aliquam peculiarem inesse vim, & efficaciam, adeo, ut & illi, quos vel ipsi humanae naturae, ac sanae rationi, maxime adversari, deprehendimus, eadem vix destituantur. Exemplo nobis sit vel unicus, idemque proh dolor! hinc inde obvius *Error*, quem alias *Atheismum* vocamus. Notum est, & quilibet in se ipso experitur, sese inclinari maximopere, atque ferri ultiro, quin rapi etiam, ac urgeri vehementer a se ipso, ad asserendum, venerandumque aliquod Numen, adeo, ut vix ullus inveniatur, qui non, duce natura, ad agnoscendum, credendumque aliquem Deum, sponte propendeat, atque inclinetur. Nulla enim gens est, inquit Tullius L. II. de Legib. neque tam immansueta, neque tam fera, quae non, et si ignoret, qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat. Et Lib. I. Tusc. Qu. n. 13. Nulla gens tam fera, ait, nemo omnium tam est immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. Multi de Diis prave sentiunt, id enim vitioso more effici solet; omnes tamen esse vim, & naturam divinam arbitrantur. Quod & dudum ante eum Aristoteles testatus est: *Omnis homines, ait, notio-*

notionem Deorum habent, omnesque summum locum divino cuidam Numini assignant, tum Graeci, tum Barbari. L. I. de Coelo Cap. III. Idem & Seneca Ep. u7. assert: *Omnibus, inquiens, de Diis opinio insita est, nec ulla gens nsquam est adeo extra leges, moresque projecta, ut non aliquos Deos credat.* Ex quibus, & aliis pluribus, quae brevitatis loco hic non adducimus, testimonii facile apparent, neminem, vel ipsorum gentilium judicio, sensum, & opinionein de Deo, utpote omnibus communem, exuere posse. Interim tamen bene multos, & extitisse olim, & adhuc hodie etiam in ipsa Ecclesiana Christiana esse, deprehendimus, qui, externa quoque professione, Deum negare, & intra animum supprimere, aut extirpare inde omnem Numinis sensum, utut non sine perpetua animi contradictione, & recalcitratione, conentur. Ut raseamus, qui apud veteres omnium, aut certe plerorumque opinione athei habiti fuerunt, puta *Protagoras, Diagoras, Melius, Theodorus Cyreniacus*, alii, quos recenset Cicero L.I. de Nat. Deor. Cap. I. & Sextus Empyr. L. IX. contra Mathem. vel ad nostram aetatem si respicere voluerimus, atheistorum coetus per Belgiam, Galliam, Italiamque, ac alias Europae provincias, longe, lateque fusus, in quantum quaeso excrevit numerum? Ex quo vel unicum *Jul. Caes. Vaninum* depromere liceat, in quo quidem Errorem hunc impium, de inficiando Numine, adeo invaluisse, compertum habemus, ut prius se vivum comburi pateretur, quam eundem depuneret, &, de aliqua Dei existentia convictum se esse, profiteretur. Inde colligi facile potest, omnes in universum Errores, illos etiam, quibus sana ratio repugnat, adeo operantes, & efficaces esse, ut, vel ad extremum usque vitae halitum, mordicus teneri, defendique possint.

D 3

§. XI.

## §. XI.

Hujus itaque *ἐνεγγένειος*, quae in Erroribus deprehenditur, rationes, & causas, ut paulo solicitus nunc investigemus, observ. I.) *Errores* sua non destitui *efficacia*, propter efficaces Cacodaemonis, a quo omnes oriuntur, operaciones, utpote cum illis individuo nexu conjunctas. Id enim perpetuo agit, & molitur Spiritus impostor, ut, quos menti, permittente Deo, *Errores* instillat, illis insuper peculiarem aliquam vim, & efficaciam, veluti indat, ut eo violentius, validiusque, miseri homines per illos decipi queant. Quemadmodum enim, quod contra Fanaticam Schyvenckfeldianorum turbam recte defendunt nostrates Theologi, in Scriptura S., quae veritas est, & dicitur, coelestis quaedam vis adeo spirat, ac viget, ut usque ad divisionem animi, & Spiritus, compaginique, & medullarum penetret, imo ad ipsas conscientias, mentes, animos, & corda hominum, quovis fulmine validius percellenda, pertingat; ita pariter cum verbo Diabolico, quod nisi *Errores*, atque mendacia, non spargit, atque disseminat, comparatum esse, existimamus, quod sane non otiosum, sed maxime operosum, ac efficax, hinc inde deprehenditur. Res miserabili experimento notior, quam ut pluribus verbis debeat declarari. Hinc apparet ratio, & causa, cur ab Apostolo ipse Diabolus dicatur *ἐνεγγένειον τοῖς ἵδραις τῆς ἀπειθείας*, *operari, sive efficax esse, in filiis incredulitatis*. Ephes. II, 2. Tantam enim ejusdem potentiam esse, innuit, ut infidelium mentes, spirituali quadam, atque occulte ratione, moveat, atque afficiat, cogitationibus variis pravis, atque erroneis, carni adlubescientibus, easdem imbuat, & harum ministro, latentem in natura corruptiōnem exciter, atque inflammet. Inde fieri facile solet, ut, quod

quod porro nunc 2) observamus, cum ipse homo, cuius intellectus in se satis jam vitiatus, atque, propter adhaerens peccatum originis, misere corruptus, ac depravatus est, suapte sponte ad Errores magis, quam veritatem propendeat, exinde errori haut exigua vis, & efficacia accrescat. Ita nimur experientia edocemur, errores, atque opiniones, humanitas inventas, facili momento acquirere sectatores, &, animo minus reluctant, subinde imbibit, ac acceptari. Hujus rei non postrema ratio haec allegari potest, ipsa scilicet prona intellectus humani ad amplectendos Errores inclinatio. Quod si hic vel ille Error plausibilis, & rationi conformis, coloribus insuper pingatur, & praetextu quodam testimoniorum Scripturae commendetur, tantam ille statim obtinet vim, & efficaciam, ut facilime se in istum homines induci patientur. Accedit 3) quod Pseudo-Doctores, quorum opera, & ministerio, in spargendis, ac disseminandis Erroribus, utitur Cacademon, astu omnia agant, suamque doctrinam dolis, ac artibus, mirifice propagent. Sic enim illi, dum perversorum dogmatum sibi optime sunt consci, animi sensa abundant, & Phrasium aequivocatione involvunt: interdum cum orthodoxis loquuntur, ut hominibus imponant, ac si ipsi quoque ab orthodoxa veritate nihil dissentiant. His sigillatim artibus *Errores Calvinianos* efficaciter sparsos, & in Ecclesiam Dei invectos esse, docet *B. Hunn. in Comm. ad 2. Cor. IV. p. m. 292. a.* & exinde Errores denuo haut exiguum vim, & efficaciam consequantur, necesse est. Huc quoque pertinet 4) insidiosa Pseudo-Doctorum hypocrisis, quam ipse Servator *opium vestitum* appellat, sub quo *lupi lateant rapaces*. *Matth. VII, 15.* Nulla enim est Secta, inquit modo cit, *Hunn. ad 2. Cor. XI, p. 348. a.* quae non sua quadam veste

veste se commendet coram hominibus : Anabaptistae specie sanctae, & inculpatae vitae : Calviniani praetextu zeli cuiusdam abrogandi reliquias Papatus, ut ipsi nominant : Flaciani obtento studio exaggerandi peccati originalis, & extollendi beneficii liberationis, a Christo partae : Huberiani speciosa commendatione misericordiae Dei erga genus humा�num : Omnes denique & singuli haeretici, & fanatici quibusdam testimoniis Sacrarum literarum tingunt sua dogma-ta. Atque sic fucata illa specie per blandiloquentiam, & assentationem decipiunt corda simplicium. Rom. XVI. Sic ejusmodi fallaci, & in oculos incurrente, sanctimoniae larva, seculis superioribus, antequam Sacra per Lutherum repurgarentur, sub regno Papistico, totum pene Christianum orbem in errores efficaciter fuisse seductum, satis constat. Omnis enim splendor externus, & ornatus Romanae Babylonis meretricius, eo tendebat, ut per eundem dementarentur, & ineibriarentur reges, & populi, tribus, & linguae. Apot. XVII, 2. Sive ipsum spectemus Romanum Pontificem, vicarium Christi, & Successorem Petri se mentientem, Synagogam vero suam, & clientelam Ecclesiasticam, pro Sancta Romana Ecclesia, & Petri navicula venditantem; sive fucatam Monachorum sanctitatem, & singularem, quam jactabant, perfectionem consideremus; sive denique eximiam, quam prae se ferebant, Jesuitarum sanctimoniam, aliaque multa, perpendamus, videbimus sane, omnia isthaec ad ludificandum muridum, nimis credulum, artificiosissime excogitata, atque conficta, indeque vim, & efficaciam Errorum Pontificiorum enatam fuisse. Nec illud s) praetereundum est, quod sua Erroribus vis, & efficacia quoque constet exinde, quando gratia Spiritus Sancti, illuminans quae dicitur, intellectui humano a Deo

a Deo subtrahitur. Haec enim quemadmodum intus illuminat hominem, in se, & sua natura, obtenebratum, & in rebus divinis plane coecutientem, *i. Cor. II, 14.* ipsique oculos, & cor aperit, ut illuc penetrare, ac efficax esse possit veritas doctrinae coelestis; ita vicissim, quando Spiritu Sancto, qui Spiritus veritatis, & in veritatem omnem deducere, dicitur, *Job. XVI, 13.* homo miser privatur, ac destituitur, fieri aliter non potest, quam ut idem efficaciter decipiatur, & in Errorum validiorum praecipitia deturberatur. Sicut alias subtractione lucis tenebrae per se consequi solent; ita, dum efficacitate gratiae, & Spiritus divini, homines Deus privat, illosque suae naturae permittit, in manifestos, eosdemque sat efficaces, Errores illi labantur, necesse est. Pulchre hoc declarat *B. Chemnit. LL. Theol. Tom. I. Loc. V. Cap. IV. p. 141.* qui ad quaestionem: *Quomodo Deus mittit efficaciam erroris?* ita respondet: *Diabolus semper est pater mendacii, semper serit zizania, & ager naturae humanae maledictus semen illud libertius recipit:* Sed Deus per Spiritum suum coeret Diaboli mendacia, gubernat mentes, ne assentiant Erroribus. Quando vero recessit Spiritus Dei bonus, tunc error habet suam efficaciam. Nam *Matth. XXIV, 24.* Dominus dicit: *tam subtile erunt errores, ita confirmabuntur signis, & prodigiis, ut seducerentur, etiam electi, εἰ δυοκτόνοι.* Quare autem non est possibile? quia *Spiritus cuspidit corda eorum.* Remota autem illa clausula, εἰ δυοκτόνοι, statim est efficacia erroris. Denique δέ & illud notamus, quod, cum quilibet Error ipse, in se, & sua natura, maxime sit foecundus, ac μυριπλάσιος, exinde ejusdem efficacia hanc obscure possit derivari. *Malum enim,* inquit *Dionys. Cap. IV. de divin. Nom.* cum sit defectio a bono, sua infirmitate, & pondere semper ad aliud, & aliud malum progrederetur. Proinde si vel maxime quis

E

Error

Error prima fronte levis appareat, ipse tamen in recessu, atque sinu, fovet Errores alios, & solet aliquoquin *Diabolus longam ordiri telam erronearum opinionum*, ut loquitur *B. Hunn. in Comm. ad 1. Cor. XV, 14. p. 253.* Quae causa etiam est, cur, teste Apostolo, vel exiguofermento tota conspersio sinceritatis Evangelicae corrumpi, *Gal. V, 9. & sermo Pseudo-Prophetarum, h. e. errores, passionem ad instar gangraenae habere dicantur, 2. Tim. II, 17.* cuius medici tales naturam esse affirmant, ut, nisi quam ocyssime succurratur, ad contigias partes serpat, ossaque penetret, nec grassandi finem, nisi homine extincto, faciat. Cum tam exitiali contagione Paulus adulterinas doctrinas comparat, quandoquidem illae, cum semel animos simplicium occuparunt, semper latius serpunt, & usque ad totius Ecclesiae exitium pervadunt. Pulchre hoc ipsum miro cuiusdam *Manichaei* exemplo declarat *B. August. Tract. I. in Joann. Quispian.* inquit, taedium patiebatur a muscas: invenit illum *Manichaeus* taedio affectum, & cum diceret, se non posse pati muscas, & odisse vehementer illas, statim ille: *Quis fecit has?* & quia taedio affectus erat, & oderat illas, non est ausus dicere, Deus illas fecit, erat enim *Catholicus.* Ille statim subjectit: *Si Deus non fecit illas, quis illas fecit?* Plane, ait ille, ego credo, quod *Diabolus* fecit muscas. Et ille statim: *Si muscam Diabolus fecit, sicut te video confiteri, quia prudenter intelligis, Apem quis fecit, quae paulo major est musca?* non ausus est illa dicere, quia Deus fecit apem, & muscam non fecit, quia res erat proxima. Ab ape duxit ad locustam, a locusta ad lacertam, a lacerta ad aveum, ab ave duxit ad pecus, inde ad bovem, inde ad elephantem, postremo ad hominem, & persuasit homini, quia non a Deo factus est homo. Ita ille miser, cum taedium passus

passus est a muscis, musca factus est, quem Diabolus posse-  
derat. Et M. Rupertus Erycrophilus Comm. ad 2. Thes. II.  
errorum foecunditatem perspicue ita delineat: Ein Irr-  
thum/ der da Kraft hat/ bald hindurchreist und bricht/ und den  
Menschen dermaßen beliebet/ daß er mit aller Macht ihnen nicht  
kan wieder benommen werden. Gleichwie ein wenig Sau-  
teig kräftig ist/ und in geringer Zeit einen großen Teig versauert:  
Wie ein Gifft Herz und alle Fleischliche Adern einnimmet; wie  
ein Krebs anfänglich ein kleines Blätterlein ist/ aber frist bald  
um sich/ bis es den ganzen Körper darniederwirfft; Also ist es  
gewesen mit den Irrthümern im Pabstuhm/ da hat ein Pabst  
nach dem andern Zusatz gethan/ ein jeder Münch sein eigen Gut-  
dünkel darzu gebracht/ bis die Lehre in allen Glaubens-Artis-  
euln verschäfchet/ und mit Menschen-Land versauert und ver-  
giffet worden/ daß es nicht mehr/ als Menschen-Lehre gewesen/  
damit man Gott vergeblich gedienet hat. Und sind die Leute  
dermaßen von solcher Lehre eingenommen/ daß/ da sie auf dem  
Wege der Ungerechtigkeit/Lügen/ und Verdammnis gewandert/  
sie dennoch gemeinet/ daß sie seyen auf dem Wege der Gerech-  
tigkeit/ Wahrheit/ und Seligkeit/ und ist der falsche Wahn und  
Irrthum so tief eingewurzelt/ daß er mit großer Mühe und  
Arbeit im Anfang der reformirten Lehre nicht hat können aus  
den Herzen geprediget und gerissen werden. Das nennet Paulus  
kräftigen Irrthum.

### §. XII.

Hactenus in genere, una itemque altera in medium  
allata ratione, evicimus, omnes omnino Errores sua gau-  
dere ἐνεγρέιται, nullamque facile reperiri Sectam, & haer-  
esim, quae ἀνενέργητος appellari mereatur. Nunc ve-  
ro sigillatim porro liceat observare, dari quosdam Erro-  
res, quibus cum nativam veluti convenientiam, atque  
proportionem cum intellectu hominis corrupto habeant,  
propterea etiam peculiaris aliqua vis, & efficacia, quam piae-

caeteris facile exerant, sit vindicanda. Ut enim, quod antea ostendebatur, omnes Errores intellectui humano, ut-pote naturali quadam nausea veritatem fastidienti, & quadam ingenita perversitate ad doctrinas falsas, & heterodoxas propendenti, adeo congruere videantur, ut nulla interpo-  
fit difficultate ab ipso foveri, ac concipi, non item facile evelli, atque extirpari possint; interim tamen & multos hinc inde Errores deprehendere licet, quos inter, æque ac intellectum humanum, per peccatum misere corruptum, singularis aliqua intercedit proportio, ita quidem, ut ad eosdem concipiendos, amplectendos, fovendos, ratio cor-  
rupta, & sibi relista, sponte inclinetur, totoque in eosdem affectu feratur. Talem errorem, ut vel unico rem decla-  
remus exemplo, merito appellari posse, existimamus ipsum *Enthusiasmum*, quo Diabolus *in angelum lucis transforma-*  
*tus 2. Cor. XI. 14.* minus cautos saepius fecellit, & adhuc fallere nititur. Rationi enim corruptae, & ipsis etiam sensi-  
bus, verbum externum vile quid, ac contemptum videtur. Scripturam intuetur velut quandam literarum mortuarum congeriem. De Aqua in Baptismate, pane, & vino in S. Coena, statuit, quod, quum sint elementa, res mysticas effi-  
cere non possint. Contra vero homo affectat Numinis illa-  
psum, & familiarem cum Deo per alloquia, & revelatio-  
nes, conversationem, nec ei vero simile videtur, Deum Patribus sese tam *πολυμερῶς*, καὶ *πολυτρόπως* aperuisse,  
nobis nihil revelationis immediatae impertiri velle. Hinc  
ratio secum sic disputat: *Quis* unquam persuaderi sibi pa-  
tiatur, quod solum verbum Dei, Scriptura comprehen-  
sum, & ex literis, syllabis, & apicibus contextum, sit uni-  
cum illud medium, quo de voluntate divina homines per-  
fecte instrui, & ad vitam aeternam consequendam saluta-  
riter

riter erudiri queant? Id haec tenus mihi concipere non possum, quod litera aliqua mortua tanta vi coelesti, ac maiestate divina praedita sit, ut idem valere apud homines possit, quantum alias valere posset hujus vel illius internunciæ, divinitus ablegati, auctoritas. Scripturam S. non nisi veritatem divinam, atque coelestem, in se continere a-  
junt: Esto. Eandem multa ad salutem scitu, cognitique necessaria propinare contendunt: Largior. At vero in Ve-  
teri Testamento, praeter verbum scriptum, viguerunt & revelationes; quidni & hodie, hominibus in primis probatae sanctitatis, & fidei, eaedem poterunt evenire? Numne potentia Dei est decurtata, aut benevolentia ejus erga homines imminuta? quid itaque obstat, quo minus divina, vel saltim angelica colloquia, hodienum expectare, & de *Phosphoro* quodam *extrabiblico*, ut loquitur *Dann-  
bauer. T. I. Theol. Conscient. p. 417.* etiam post canonem clausum, & absolutum, gloriari queamus? quid quaeso ad recludenda mysteria, S. literis comprehensa, evidentius, quid ad expugnandam præfractam quorundam pertinaciam accommodatus, poterat excogitari? Ita nimirum sibi blanditur ratio, divina luce non collustrata. Vnde fieri solet, ut facili momento, præsertim stimulos admovente Satana, a veritate deficiat, & spirantibus impostoribus aures, animumque accommodet. Dum enim hunc ipsum Errorem Enthusiasticum sibi adeo adlubescit, ac veluti proportionatum deprehendit, eo lubentius, faciliusque eidem adstipulatur, & hac ratione daemoniacis illusionibus tam efficaciter decipitur, ut easdem pro immediatis inspirationibus, vel revelationibus divinis venditet, ac pertinaci studio propugnet. Liceat haec verbis *D. Erasmi Alberi, Superint. t.t. Neo-Brandenburgici in Ducatu Meck-*

lenburgico, in Libro nervosissimo c. Carolostad. & reliquos temporis sui sectarios, declarare. Es eckelt/ inquit, den himlischen Propheten/ und geistlichen heiligen Leuten vor leiblichen und äußerlichen Dingen / und schreyen immer Geist/ Geist/ so voll Geist sind sie/ daß sie auch vor dem Fleisch des eingeborenen Sohnes Gottes einen Abscheu haben. Die Schwärmer verstehen das Wort Geist und Geistlich also/ daß nichts Leibliches in des Hn. Christi Reich gelte. Daher machen sie aus den leiblichen und äußerlichen Sacramenten / und aus dem Wort Gottes eitel Geisterey/ wollen nicht/ daß Wasser/ Brod/ Wein/ äußerlich Wort / ja auch Christus Fleisch und Blut sey etwas nütze in der Christenheit / es muß alles Geist/ Geist/ das ist der Teufel selbst seyn. Das Gott durch Leibliche Dinge Geistliche Sachen ausrichte/ gefällt den Schwärmern nicht/ also müssen uns Christus Empfängniß/ Geburth/ Beschneidung/ Leiden/ Blutvergiessen/ Sterben/ Auferstehen/ Himmelfarth/ weil sie äußerlich und Leiblich sind / auch unnütze seyn. Vid. lit. D. 3. Item: Die Bücher die wir im Geistlichen Reich Christi zu gebrauchen/ sind auch Leibl. auf Pergament/ oder auff Papier/ aus alten Lumpen gemacht/ und Dinten / von Gansz-Federn geschrieben oder gedruckt/ so müssen nun die Geistlichen Schwärmer auch Geistliche Bücher/Geistliche Gansz-Federn/ und Geistliche Dinte haben/ und mit ihren Vater Thomas Münkern sagen/ was Bibel/ Bibels/ Babel/ der Geist muß es thun. Also sagt auch Carlstadt aller Schwärmer Groß-Vater/ wer von Gott will gelehrt seyn/ der müsse nicht aus den Büchern lernen/ denn das ist äußerlich und Leiblich Ding/sondern in einen Winckel stehen/ und der Geistlichen Stimme vom Himmel warten. Wie auch vor Zeiten die Ketzer lehreten/ so man Mehaliner nennt. Item Lit. E. 4. Wenn man Schrift von Wiedertäuffern fodert/ ihre Lehre zu beweisen/ so sagen sie wie Thomas Müntzer/ Bibel/ Babel/ wir fehren uns nicht an den Buchstaben. Der Geist ifts/ der lebendig macht. Solches haben sie von Carlstadt/Schwengfeld/und Zwingler gelernet/ die da sagen/ man muß den Buchstaben aus den Augen thun/

thun/und auß den Geist sehen. So sie wollen eitel Geist haben/ und haben so lange gegeislet/ bis sie Gottes Geist verlohren haben. Idem fere nunc demonstratu facile esset de Pelagianismo, Synergismo, aliisque erroribus, in quibus pariter quaedam proportio satis dilucida cum intellectu hominis corrupto deprehenditur, siquidem id prope male habet hominem, quod negatur, eum vel tantillum, ac ne modiculum quidem Erasmiānum, ad sui emendationem posse conferre; contra vero statuitur, eum sola fide, absque omnibus, etiam minimis operibus, justificandum, & salvandum esse, quum nemo sibi usque adeo malus, ac penitus corruptus videatur, quin aliquid saltem boni proprii in conspectum Dei afferre possit. Pelagianismus igitur, & Synergismus, utpote ingenio humano, misere depravato, maxime congruentes, multo facilius concipi, foverique solent. Sed mirimus haec, & id potius, antequam omnino inde digrediamur, observamus, quod haec fere sit ratio, & causa, cur nullos Errores videamus latius unquam, citiusque propagatos, ac disseminatos fuisse, quam qui vel tales, prouti hactenus dictum a nobis fuit, fuerunt formaliter, vel saltim participative. Quin &, nullos facile Errores tam altas veluti figere radices solere, & pene in intimis medullis harrere, compertum habemus, ita, ut ne quidem evelli, ac eximi posse videantur, nisi illos, quibus aliquam cum mente hominis vitiata intercedere convenientiam, atque proportionem, antea asseruimus.

## §. XIII.

De ipsa vero Errorum efficacia ut nobis porro nunc accuratius constet, in eo Apostolum nostrum totum fere deprehendimus. In compendium quasi dicenda mittit, & paucis docet, Errorum efficaciam ex eo potissimum judicandam

dam, atque dignoscendam : Εἰς τὸ πιστεῖσθαι αὐτὸς τῷ ψεύδει, ut credant mendacio. Loquitur de mendacio, quod ipsum h. l. vi antitheseos, pro nullo alio, quam quod *falsum* alias dicitur, & veritati contradistinguitur, supponit. Atque adeo per τὸ ψεῦδον, *imposturas, fraudes, & falsas sigillatim ἐτεροδιδασκαλεύτων doctrinas* innuit Apostolus, quae etiam per *rem mendacii*, seu *rem mendacem* Prov. XXX, 8. denotantur. Unde & *mendacem* pro *falso Doctore*, Prov. XXX, 6. 1. Job. II, 22. Apoc. II, 2. & *mentiri*, pro, *falso prophetare*, Zach. XIII, 4. ponit videmus. Indicat itaque, non modo locum fore tali mendacio, sed & ipsos veritatis contemtores eidem fidem insuper indubitatam habituros esse. Scilicet in eo potissimum suam exerere vim, & efficaciam solent Errores, ac haereses, ut, qui easdem fovent, ac amplectuntur, tanta simul coecitate percutiantur, ut, clausis veluti oculis, & stupida mente quasi fascinati, a veritate, & rebus credendis, se penitus avertant, firmiterque persuasum sibi habeant, se in via veritatis, justitiae, & salutis esse, cum tamen ipsis in via iniquitatis, mendacii, & semi-piternae perditionis, deambulent; ut credant, se veritatem coelestem in sinu, atque amplexu suo fovere, cum tamen non nisi portentosa errorum colluvie, & alienis a sensu communi deliriis, delectentur. Fieri enim aliter non potest, quam ut, qui, *Jannis, & Jambris*, pessimis insistentes vestigiis, *veritati resistunt*, 2. Tim. III, 8. eandemque turpiter cum *Judeis*, & Pilato contemnunt, ac vilipendunt, Job. VIII, 40. XVIII, 38. erroribus, atque mendaciis firmiter inhaereant, seque in veritatis tramitem deduci minime patientur. *De veritate enim nemo operarios mendacii persuaserit*, inquit Athanas. T. II. f. 262. lit. D. Et coire virtutis, & veritatis partes, cum partibus Erroris, adeoque

veri-

veritatem cum falsitate conciliari non posse, idem afferit sub fin. Disp. cum Ario. Hinc & tantam, tamque singularem plerorumque, errores sibi somniantium, pertinaciam esse, videmus, ut magis suae τῆς περολύψει, & anteceptae opinioni serviant, quam veritati palinam cedant, seque de eadem convictos profiteantur. Recte hoc observat Augustin. Lib. 3. cap. I. contra Petilian. Adversarii, inquit, veritatis convicti errorum, non tamen pergunt in veram sententiam. Et Chrys. Hom. 42. in Matth. Ut ignis, ait, apposito ligno non cessat urere, ita nec homo malus rationibus placatur. Quoties, quaeso, Servatori ipse, & Apostoli cum Antagonistis in arenam descenderunt, ipsisque contradictibus os obstruxerunt, nec tamen eosdem ab erroribus suis revocare, & in partes suas pertrahere potuerunt. Tam efficaces nimur in ipsis erant errores, ut eosdem, non sine horribili conscientiarum cauterio, scientes volentes defenderent; tanta in ipsis erat πεποίθησις mendaciorum, ut veritati perpetuo obluctarentur. Eiusdem plane indolis, ac furfuris Stephani, Protomartyris, adversarios fuisse, constat ex Act. VII, 51. Sic hodie in tanta luce, ac claritate Evangelii, quam vix ab avitis, & inveteratis erroribus, quantumvis pene palpabilibus, abstrahi possunt homines? quam aegre vanis hinc inde conceptis persuasibibus valedicunt? Quam firmiter ipsi, utut meliora, & saniora subinde edocti, credunt mendaciis? Placet hac ipsa de re egregie differentem audire D. Matth. Höe in Comm. ad Gal. cap. III. p. 131. seqq. Non raro, inquit, mirantur etiam piissimi homines, quia jam tanta fulget veritatis lux, & claritas, ut magis fulgere nequeat, qui tamen fiat, quod Sacramentarii, & Pontificii, eam non cernant. Quoties verbum Domini docet, non ex operibus, sed ex fide justificari

hominem; & tamen Pontificii hoc videre nolunt. Quoties infinita maiestas Iesu Christo homini tribuitur, & tamen Sacramentarii eam tam pertinaciter negant. Qui fit hoc, quod veritati non obtemperant tanti viri, tam subtiles, tam profundi Doctores Cherubici, Seraphici? Responso plana est ex Apostolo nostro, fascinatos esse eorum oculos, b. e. objecit Satanus ipsis larvam mendacie, & falsitatis, eam quia subinde prae oculis habent, quiequid vident, id omne eorum larvae simile putant. Ita enim fascinum comparatum est corporale: si eo quis afficitur, existimat se id videre, quod non videt, & praeter id, quod ex fascino accepto videt, aliud videre non potest; ita quoque se habet fascinum spirituale. Hoc est, quod Paulus ait 2. Cor. XI. Diabolum se posse transformare in angelum lucis; quomodo? nisi fascino, quo corripit, & occupat hominum oculos, ut, cum Satanam in sinu fovent, angelum se habere opinentur. Huc respexit idem Apostolus 2. Cor. IV. cum ait: Deum hujus seculi excoecare, fascino scilicet, oculos, & animos hominum, ut ipsis operum sit Evangelium, ut veritati non credant. Hinc admonuit, ut Satanae ωβέιων καὶ πανεγγύων πρὸς τὴν μεθόδεων τῆς πλάσιν fugiamus, praecaveamus. Ephes. IV. Huc allusit Servator, Matth. VII. cavete vobis a Pseudoprophetis. Quis sic? venient enim ad vos amicti vestitu ovium, hoc est, fascinabunt oculos vestros, ut merae oves vobis videantur, quae tamen non sunt, intrinsecus sunt lupi rapaces. Hinc ergo oritur illa haereticorum obstinata, & deploratissima, & extrema coecitas, & stoliditas. Hinc multi homines videre non possunt, quod alii, qui fascino correpti non sunt, facile vident. Haeresibus, blasphemis, contemptu verbi, & Sacramentorum, inobedientia erga Superiores, latrociniis, caedibus, scortatione, adulteriis, furtis, rapinis, calumniis, condivi-

convitiis &c. Deum gravissime offendit, multi non vident,  
quia peccandi libidine, peccatorum jucunditate a Diabolo fa-  
scinati sunt. Ita fascinabantur dissidentia erga Deum, &  
desperatione, Cain, Judas, Franciscus Spiera, & alii, ut  
tot benignissimas de gratia Dei promissiones videre nequivi-  
rint, quas nos innumeratas videmus. Conf. ea, quae su-  
pra in Prooem. de Fascinatione Galatarum dicta fuerunt,  
& locum valde huc pertinentem, qui habetur Prov. I, 29.30.31.  
Placet hic denuo quaedam inserere ex supra cit. D. Al-  
bero, qui de Anabaptistis atque Fanaticis sui temporis,  
& mirifica illa, quæ in eorundem Erroribus conspicua erat,  
Efficacia, sequentia notatu digna memorat : Sie wehles-  
ten 12. Apostel (wie vorzeiten der Reker Manes) die jogen aus/  
und predigten vom Neuen Reich / zu Neuen Jerusalem / und  
vermahneten die Leute dahin zu kommen &c. Sie schryben wie  
die Unsinnigen / thut Buße / thut Buße &c. Da ließ das Volk  
zusammen / und wollte gen Neuen Jerusalem / es wurden aber  
auff dem Wege viel gesangen / und wieder heimgeschickt. Die  
Haupter aber und Apostel wurden geköpftt. Einer von den 12.  
Aposteln biße ihm selbst im Gefängniß die eine Hand ab vor gro-  
ßer Angst / denn er hatte zuvor das Evangelium recht geprediget / und begab sich darnach zu Wiedertäuffern / denn die Bü-  
berey gefiel ihnen wohl / daß alle Güter und Weiber gemein seyn  
solteten. Und ob wohl der Wiedertäuffer Jünger gesehen und  
erfahren haben / daß ihre Propheten mit eitel Lügen umgegan-  
gen / und ihr groß Geschrey vom Neuen Jerusalem / und ihre Herr-  
schaft über die ganze Welt / alles erstunken und erlogen ist / noch  
wollten sie von ihrer falschen Lehre nicht lassen / so süße sind ih-  
nen die Lügen / und so wohl gefällt ihnen des Teuffels Mord-  
spiel / denn sie sind vom Teuffel gar besessen. lit. M. 7. Idem de  
Thoma Münzero, ejusque alleclis lit. O. 3. affirmat : Ob  
wohl Thomas Müntzer mit seiner Lehre und Propheten in allen  
Schanden stund / noch wollten seine Jünger / die noch übrig blieben

seine falsche Lehre nicht verlassen / so groſſe Lust haben Adamskinder zur Lügen und loſer Lehre / darumb schreibe ich nicht wider die Wiedertäuffer der Hoffnung / daß sie ſich bekehren werde / denn ihr Herz ist wie ein Almboß / und ſie ſtehen auff ihren Thun ſo fest / wie die Juden bey ihren Lügen / und die Türken bey ihren Mahummeth. S. Hilarius ſchreibt : Die Reker werden wohl mit der Schrift beschloſſen und geſangen / wollen aber nicht geſangen ſeyn rc. Lib. 7. Ja ſo halbstarrig ſind die Wiedertäuffer / daß ſie ſich um ihrer Lehre willen verbrennen laſſen. Horrenda ſunt, quæ idem de Eſſicacia Erroris, quem circa Magiſtratum Politicum, hujusque in puniendis maleferiatis hominibus divinitus demandatum oſſicium, conceperant, Lit. N. 2. ſeqq. conſignavit : Weil die Wiedertäuffer der Oberkeit Almpt verdammen / ſo muß auch folgen / daß ſie Morden nicht für Sünde halten. Drum wenn ſie jemand umbracht haben / ſo ſagen ſie / der Vater / das ist der Teuffel / habe ſie es geheißen. An der Fulda liegt ein Dorff / das heißt Angersbach / daſelbst hin kam ein fremder Geſell und wolte das Morgen Brodt eſſen / als er aber die Kanne an den Mund geſetzet / und wolte trincken / ſlugs war ein Wiedertäuffer da / und ſticht ihm die Kehle ab / und gehet zum Hauſe hinaus / auff eine Wiese / und eilet nicht davon / als einer / der es nicht übel ausgerichtet hatte rc. Im Schweiſer Land hieß einer ſeinen Bruder niederknien / da hiebe ihm der Wiedertäuffer den Kopff ab / es meinet aber des Wiedertäuffers Bruder nicht / daß ihaſen ſolches wiederafahren würde. Item : Es starb ein Wiedertäuffer in Friesland / da nahm dettelben verlaſſene Witwe ihren Knecht / der wolte die Wiedertäufferiſche Lehre nicht annehmen. Das verdroß die Frau / denn ſie war in der Wiedertäuffer Lehre gar erſoffen. Da bat ſie / er wolte doch kommen an einen Ort / da die Brüder bey einander wären / und ihren Wandel ſehen. Er ließ ſich überreden. Als er nun unter ihnen war / und ſich zur Verleugnung ſeiner Tauffe nicht wolte bereden laſſen / da gieng ein Wiedertäuffer hinter ihn / und warff ihm

ihm ein Strick am Hals und würget ihn ic. Item : Ich habe furwahr gehöret : Es habe ein Wiedertäuffer zum andern gesagt : Der Geist hat mir befohlen / daß ich bey deiner Frau en schlaffen soll. Der ander Wiedertäuffer sagt / du hast den Geist nicht recht verstanden. Er sagt / ich habe ihn recht verstanden / es ist gewißlich des Geistes Meinung. Also musste ein Bruder dem andern / ihrer Profession und Regel nach / sein Weib folgen lassen. Des folgenden Tages kam der geschändeten Frauen Mann zu seinem Bruder dem Frauen-Schänder und sagt : Hörstus Bruder : Der Geist sagt : Ich solle dir den Kopff abbauen. Der Frauen-Schänder sagt : Du hast den Geist nicht recht verstanden / doch also will ich thun / das ist auch gewißlich des Geistes Meinung / ich will niederknien / und den Hut auff den Kopff sezen / denselben schlag mir vom Kopff / so ist damit dem Geist genug geschehen. Also kniet er nieder / da hiebe ihm sein Bruder nach dem Hute / und traff den Hals / daß Hut und Kopff miteinander dahin fuhren. Et Lit. O. 4. refert : In Hispanien wurden Juden verbrennet / die ließen zum Feuer / wie zum Wolleben. Desgleichen hat man zu Sternberg und anderswo gesehen. Zu Sternberg nahm ein Jude ein Kind in seine Arme / daß es mit verbrennen musste / auff daß es nicht Christe würde. Zu Antorff wolte man einen Wiedertäuffer verbrennen. Zu denselben kam ein ander gelauffen und fiel ihn um den Hals / stärcket ihn in seiner Rezerey / begehrt auch / mit ihm verbrannt zu werden / da ward er eingesezt / und bald darnach auch verbrennet.

## §. XIV.

Quam potentes itaque ac validi sint Errores, veritatis odium, atque contemtum insequentes, ex iis, quae hactenus disputata fuerunt, satis, quod opinamur, poterit constare. Illud vero nunc paulo penitiorem indagationem mereri videtur, quo sensu DEVS ipse, quod graphicè dicit Apostolus, Errorum efficaciam mittere dicatur. Id

F 3

quod

quod sane maxime mirari subit, quod benignissimum illud Numen, quod veritatis auctor, & amator tantus est, ut nec ipsum mentiri possit, nec mendacio unquam delebetur, quod potius expresse vetuit, & graviter punire decrevit, *Prov. XIX, 5. 9.* tamen h. l. *Errores non modo, atque mendacia, sed & insuper Efficaciam Erroris, immisurum legatur.* Ipsam certe Scripturam si consulamus, illa subinde unum itemque alterum nobis errorum fontem, atque principium, idemque multo justius, probatiusque allegat, ac detegit, unde *Errores omnes, atque mendacia, pleno, quod dicitur alveo, fluant, ac profiscantur.* Ac initio quidem ipsius *Diaboli* meminit, a quo, sicut reliqua omnia mala, sic etiam *errores, ac haereses*, in mundo excitari, abunde docet. Hic enim, quemadmodum *non siet in veritate, quia non est veritas in ipso*, & quando loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendacium loquens est, & pater ejus, *Job. VIII, 44.* ita perpetuum ejus studium eo dirigitur, ut nil, nisi mendacium, atque *Errores* subinde inducat, & luce donatos tenebris obruat. Idem propterea *Diabolus* dicitur, & *Satanas ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην.* *Apoc. XII, 9.* *Non curat,* inquit *August. de Civ. Dei L. 18. c. 41.* *quibus erroribus implicitetur, dummodo implicitetur.* Hinc & ejus testimonium, tanquam falsum, spuriumque rejicitur, *Luc. IV, 4. Marc. I, 34. Act. XVI, 18.* *quia sub rara veritate vult suum testimonium commendare,* ut loquitur *Chrys. Hom. XIX. in Matth.* Idem ille *seminans inimicus est,* qui *sua zizania in agro Dei spargit,* h. e. doctrinas alias, & peregrinas in Ecclesiam Dei invehit *Mat. XIII, 24.* Hinc illae tragicae querelae Pauli Apostoli, qui passim de incredibili, ac indefesso Spiritus impostoris, atque mendacis conatu conqueritur. Hinc de mirifica ejus *πονεψύχια,* &

& artificio, omnes fideliter commonefacit, qui, miserum hominem decepturus, non in tetra sua, & abominanda larva procedat, sed aliam speciem induat, & vel in angelum lucis sese transfiguret. 2. Cor. XI. 14. Hinc denique ipsum reproborum, ac pereuntium sensus, ac mentes, natura obtenebratas, efficaciter excoecantem, ipsosque adeo in connata sua malitia, ac pertinacia, qua veritatem simpliciter damnant, ac aversantur, magis magisque obfirmantem delineat. 2. Cor. IV. 3. 4. Idem quoque Apostolus ob hanc rationem Errores, ac haereses notanter admonit *doctrinas daemoniorum* 1. Tim. IV. 1. appellat, quoniam, quod recte Chrysost. Homil. XII. ad b. l. afferit, *omnia haereticorum dogmata sunt ex Diabolo oriunda*. Cujus etiam rei auritum se testem profitetur *Cassian. collat. 7. c. 32. Audivimus*, inquit, *apertissime confitentem Diabolum, se inspirasse haeresin Arrii, & Eunomii*. Vnde & Haeresiarchas omnes, *Simonem Magum, & Marcum*, aliasque in sua haeresi fabricanda habuisse daemones paredros, i. e. familiares, sicut e contrario Ecclesia paredrum quasi assessorem, & consultorem habet Spiritum Sanctum, tradit *Irenaeus Lib. I. Cap. IX. & XX. Lib. II. cap. LVII. conf. VII* *Wilhelmus Malmesburiensis de gestis Anglor. L. 3. & Baronius an. Domini 1028*. Id quod nec ipsi haeresiarchae diffiduntur. *Zuvignius in Subsidio pro Eucharistia narrat*, anxie cogitanti sibi, quomodo verba institutionis Sacramenti corporis Christi accipienda essent, intempesta nocte d. 13. April. Spiritum monitorem, qui, albusne an ater fuerit, ipse ambigit, adfuisse, & τὸ significat ex Ex. XII. suggestisse. Et *Calvinus Epistola ad Bucerum*, monentem se, ut a convitiis, & maledictis abstineret, *non sui ingenii esse morbum, sed sui genii esse*, respondit. Bonus autem genius, maledicentiae incen-

incentor, & suggestor esse non potest. Plura exempla hanc in rem collecta vide apud Petrum Thyraeum in Disp. de Daemoniacis p. 2. c. 21. Conf. Corn. a Lap. Comm. ad 1. Tim. IV. f. 729. & quae antea §. XI. observata a nobis fuerunt.

### §. XV.

Alter, idemque non minus principalis, omnium Errorum fons in homine ipso quaerendus est, & in eodem facile obvius deprehenditur. Errare enim, quod recte dicitur, *humanum est*, & errare non posse, nunquam cuiquam contigisse meminimus. Majus certe id esse videtur, quam ut convenire in humanam fragilitatem queat. Scilicet vel ipsum cor hominis, per peccatum misere depravati, ob connatam suam corruptionem, ad satis copiosam progenerandam Errorum lolinaem admodum habile, atque idoneum esse videtur. Hinc *figmentum cordis humani*, & θελοθγνονία, male audiunt in Scripturis, Gen. VI. 5. VIII. 21. Mat. XV. 19. Col. II. 23. ipsaque haereses inter opera carnis diserte numerantur Gal. V. 19. 20. Ita enim per τὰς ὥρεσις h. l. non illas sectas, atque dissensiones, quae oriuntur in *Oeconomia*, aut *Politia*, propter res corporales, & mundanas, sed, quae in Ecclesia propter doctrinam emergunt, intelligi oportere, recte observat *Lutherus in supra cit. aureo Comm. ad Gal. h. l.* Imprimis vero huc pertinet naturalis nostra in rebus divinis coecitas, miseraque judicii depravatio. Etsi enim veritas divina, atque celestis, quantum ad salutem consequendam requiritur, abunde satis, atque perspicue nobis in S. literis sit tradita; naturalis tamen veritas, & totius mentis humanae corruptio efficit, ut neque Scripturas intelligere, neque veritatem, in iisdem propositam, percipere per nos ipsi queamus, sed contrarias potius, atque erroneas de Deo, rebusque divi-

divinis opiniones, nisi ipse Spiritus S. mentes nostras, pulsis naturalibus tenebris, mirifice tangat, atque illustret, in animo nostro concipiamus, ac foveamus. Docet hoc ipsum Apostolus, *Animalis*, ait, *homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei &c. I. Cor. II. 14.* Inde adeo videmus, qui fiat, cur haec illave, tam certe, tamque perspicue tradita in Scripturis doctrina, a multis hominibus, non solum non intelligatur, nec admittatur, sed & acriter insuper oppugnetur; nimirum quia hujuscemodi homines, propter naturalem sui ingenii coecitatem, cum depravatione iudicii conjunctam, veram Scripturarum intelligentiam, eoque rectam veritatis cognitionem, assequi nequeunt: *desituti enim lumine Spiritus Sancti, coecis suis oculis, b. e. suis naturalibus tenebris, in splendidissimam veritatis divinae lucem intueri non possunt, sed, perverso potius decepti iudicio, tenebras dicunt lucem, & lucem tenebras, & verum habent pro falso, & mendacium pro veritate, non secus, atque illi, qui, cum omnia conspicillis viridibus inspiciant, colores omnes tales, ac virides esse, judicant, atque contendunt, quae verba sunt Zanchii Tom. I. Opp. de uno vero Deo L. I. Cap. I. f. 373.* Hinc non nisi Errores, iidemque sat efficaces, propullulent necesse est.

## §. XVI.

Spectat huc porro *S. literarum ignoratio*, ex qua pariter non nisi Errores proficiisci, ipse Servator satis dilucide asserit, Sadduaeis ita dicens: *Erratis, nescientes Scripturas, Matth. XXII, 29.* Ubi quidem per illos, qui μὴ εἰδότες τὰς γέωφας, h. l. dicuntur, non illi solum, qui Scripturas legere plane negligunt, sed &, qui, dum ad earum accidunt lectionem, graviter peccant, denotantur. Scilicet cum dentur, qui, in hanc Spiritus S. scholam ingredientes,

G

nec

nec animum humilem, qui a Deo petat sapientiam, *Fac. I, 5.* nec docilem, qui a Spiritu S. doceri unice cupiat, sed sui fiducia, & praejudiciis corruptum, afferunt, atque adeo nullum alium in finem in Scripturis venantur, quam ut opiniones, aut a se conceptas, aut ab aliis acceptas, abusu S. literarum, quo jure, quave injuria, mordicus defendant; cum dentur porro, qui, dum S. literas legunt, non conferunt Scripturas cum Scripturis, obscuriora cum plaineribus, pauciora cum pluribus non componunt, neque illa etiam, quod jubet Apostolus *Rom. XII, 7.* ad fidei analogiam, tanquam ad Lydium lapidem examinant, atque interpretantur; sed potius, quae modo cunque possunt, ad sua commenta stabilienda, depravant, atque contorquent; cum denique itidem non desint, qui praeter Christum, qui unicus finis, & scopus est omnium Scripturarum, *Job. V, 39.* *Rom. X, 4.* aliud quid in Scripturis quaerunt; fieri certe aliter non potest, quam ut indies magis magisque excoecentur, & gravioribus implicentur erroribus. Sic usu venisse omnibus haereticis, facile nunc possemus demonstrare, si vacaret; de *Arrii* tamen errore id ostensum vide a *Zanch. l.c. f. 379.* quem ex eodem fonte, hactenus explicato, profluxisse, & deinde mirifice excreuisse, copiose exponit.

## §. XVII.

Non postrema quoque causa, unde Errores, ac haereses profluant, affertur ab Apostolo *I. Tim. I, 19.* ipsa bona conscientiae rejectio. Ita enim perhibet: *Retine fidem, & bonam conscientiam, qua repulsa, quidam naufragium fidei fecerunt.* Etsi enim h. l. fidei nomine fidem, quae credit, seu subjectivam, intelligat, nec ab amissione hujus in voluntate, ad amissionem veritatis in intellectu, concludere liceat; certum tamen est, eos insidiis Diaboli prae reliquis oppor-

opportunos esse, qui conscientiam avaritia, luxuria, libidine, ambitione, vel aliis peccatis regnantibus, macularunt, & e statu gratiae propterea sunt elapsi. Non raro igitur amissionem fidei *subjectivae*, sequitur corruptio fidei *objectivae*, per haereses, & errores. Solet enim, inquit, Zanch. l. c. *DEV S* hosce hypocritas, qui bonam non curant conscientiam, cum primis hoc spirituali flagello punire, nimurum Spiritu vertiginis, mendacii, erroris, in variis haereses, opera Satanae, illos praecepites dando. Vnde & conscientiam malam matrem haereseos notanter admodum appellat *Ravanell*, *Bibl. S. voc. Haeresis p. 703. conf. 1. Tim. IV, 2.*

## §. XVIII.

Ex hactenus itaque disputatis facile apparet, tum Cacodaemoni, variis doctrinae corruptelis, atque illecebribus, orbem terrarum seducenti, tum & ipsis hominibus, ex connata, aequa ac affectata quadam malitia, in Errores, atque mendacia pronis, ac inclinantibus, tribuendum hactenus esse, cur quidam a veritate deficiant, & in Errorum praecipititia efficaciter deturbentur. Quo autem quae-so nunc jure *DEV S* ipse, cuius erga miseros mortales tam clemens, atque benefica nobis voluntas insigniter commendatur ab Apostolo, *1. Tim. II, 4. quod omnes salvos fieri, & in veritatis agnitionem venire velit, tot tantarumque erronearum opinionum efficaciam mittere dicitur?* Nihil sane tetrius, nihil dirius, atrociusque eo dici posse vide-tur, quod Deus ipse, cum alias miseri homines a Spiritu impostore in Errores turpisime inducantur, cum & ipsis de se in sectas, achaereses sponte propendeant, iisdemque fa-cile capiantur, Errores insuper, eosdemque maxime effi-caces, immittere, & veluti objicere dicatur. Hanc certe phrasin ab ipsis *Calvinianis*, cum quibus nobis gravis hic

intercedit controversia, recte allegari, ad eam, una cum aliis, optime provocari, deprehendimus, *Calvinum* saltim, *Bezam*, *Martyrem*, *Zanchium*, aliosque haec tenus damnados non esse, nisi ipsummet Apostolum, duriore hacce loquendi ratione utentem, damnare velimus. Tales nimirum scrupulos ex nostro, circa quod huc dum occupamur, oraculo facile quis sibi concipere posset, cui vero nunc funditus eximendi, &c, quanta fieri poterit *ἀνεγέρθαι*, elevandi erunt.

## §. XVIII.

Aequori nos hic vastissimo, scopolisque maxime infesto, committimus, quod ut citra periculum, naufragiumque, feliciter transfretemus, illud ante omnia notamus, quod omnia, sive bona, sive mala, proinde & Errores, ac haereses, non sine Numinis divini providentia, introducantur. *Voluntas enim Dei*, inquit *Augustinus* prima, *Et summa causa est omnium corporalium specierum, atque motuum; nihil enim sit visibiliter, Et sensibiliter, quod non de interiori invisibili, atque intelligibili aula Summi Imperatoris aut jubeatur, aut permittatur, secundum ineffabilem iustitiam praemiorum, atque poenarum, gratiarum, Et retributionum, in ista totius creaturae amplissima quadam, immensaque republica.* Tom. III. de Trinit. L. III. C. IV. Exinde autem, quod probe est observandum, nullatenus inferri potest, aut debet, *quod Deus velit*, atque desideret *mala*, *quae sunt a creaturis rationalibus.* Hoc enim praeter id, quod simpliciter, atque absolute, absque ulla προθέσει, atque addita limitatione, *Psaltes* edisserit: *Non Deus volunt iniquitatem tu es &c.* Ps. V, 5. quod & alibi Ps. XLV, 8. Ebr. I, 9. Rom. III, 9. Ose XIII, 9. Jo. II, 44. &c. serio monetur, & inculcatur, probamus exinde, quoniam malum ipsius naturae plane est contrarium. Cum enim quisque velit

velit id, quod suae naturae est consentaneum, facile patet, DEV M non dici posse velle peccatum, quippe sibi, suaeque naturae plane contrarium. Ipsa scilicet divina natura nil nisi infinita bonitas est. *Mattb. XIX, 17.* Peccatum autem recte malitia est, & dicitur. Cum itaque malitia directe repugnet bonitati infinitae, (nulla enim hic debita datur proportio,) propter summam hancce, quae inter utramque intercedit, contrarietatem, ac repugnantiam, fieri non potest, ut Deus dici possit velle peccatum. Addimus praeterea, quod ne humana quidem voluntas in malum cognitum feratur, sed ab eo potius declinet, & illud aversetur. *Voluntas enim proprie est quidam appetitus, ideo voluntas tantum est boni, vel veri, vel apparentis,* ut docet *Arist. in Ethic. L. 3. c. 4.* Solum enim bonum appetimus. Vnde ad *Eudemum L. 2.* voluntatem secundum naturam velle bonum, asserit : *Si autem malum velit, hoc ex quadam mentis eversione fieri docet.* Cum itaque nemo proprie dici possit velle malum, quippe quod nullo modo per se est appetibile, nemo non videt, id multo minus de DEO dicendum esse.

## §. XIX.

Vtut vero DEVS, quod haec tenus pro instituti ratione evicimus, non dici possit velle malum, nil tamen obstat, quo minus idem permittere velle dici queat. Vbi quidem voce permissionis non *Ethicam*, seu *Moralem*, quae *juris* est, per dispensationem, vel relaxationem legis, & *prohibitioni* alias contradistinguitur, intelligimus; hoc enim sensu si Deus malum permetteret, idem etiam tanquam licitum, aut justum approbareret, quod implicat ; sed *physicam* maxime *permissionem* intendimus, quae est *facti*, per *non impediti* onem, quaeque alias *effectioni* e diametro op-

G 3

poni-

ponitur. Illa Deum spectat ut legislatorem, & judicem, ista vero ut supremum mundi rectorem, ac Dominum, qui rerum omnium eventus pro arbitrio regit, & moderatur: Illa fit per *justitiam*, quando dat licentiam aliquid faciendi; ista per *potentiam*, quando non exerit vires, quae poterant actu impedire, ne hoc, vel illud fieret, uti recte observat *Turretin. in Inst. Theol. Elench. P. I. p. 569.* Ita nimur nobis *permisso*, divina concipienda venit, quod eadem, *praeter meram impedimenti physici suspensionem*, nihil importet, ita, ut, *cum Deus physice non impedit malum*, quod, quo minus illud fieret, generalis, & incontaminati concursus subtractione facile impedire posset, illud demum *permittere* dicatur. Graviter hic peccant ipsi *Calviniani*, qui hancce *permissionem non negative* solum, sed & *positive*, intelligendam esse, censem. Ipsum equidem *permissionis* vocabulum in capite, & argumento, de divina circa mala providentia, quidam ex ipsis, qui sibi mollius longe loqui videntur, quam *Calvinus, Beza &c.* non subterfugiunt. *Ursinus Explic. Catech.*, p. 202. providentiam Dei sic definit: quod sit *consilium Dei aeternum, liberrimum, immutabile, sapientissimum, justissimum, & optimum*, secundum quod Deus omnia in omnibus creaturis efficit bona: mala etiam fieri permittit, & bona, ac mala universa ad suam gloriam, & electorum salutem dirigit. Et p. 206. diserte scribit: *nec abjiciendum est permissionis vocabulum, cum in Scriptura quandoque usurpetur Gen. XXVI. 6. Jud. III. 1. Ps. CV. 14. Act. XIV. 16. conf. Polan. Synt. Theol. L. II. c. 19.* qui itidem malum culpae Deum nec velle, nec velle posse, sed tantum *permittere* dicit. In eo tamen nobiscum hactenus non sentiunt, quod *Deum non modo voluntem permittere, sed &, permittendo velle peccatum, erorem,*

rorem, & malum, neque adeo permissionem voluntati opponi, quin & citra actionem, efficacemque operationem, eandem non facile concipi posse, aperte profitentur. Ita enim Turretin. l.c. pronunciat: *Permissio ista non est concipienda negative, quasi esset mera cœvægætia, seu cœfatio voluntatis, & providentiac in operibus malorum, qua Deus, quasi in specula sedens, spectaret tantum eventum actionis permisæ, quique adeo insertus, ambiguusque relinquetur, ut volebant olim Pelagiani veteres, & ut voluntati bodie eorum sequaces, qui permissionis otiosae, & inertis commentum nobis oberudunt &c.* Sed concipienda est positive, & affirmative, non simpliciter, ut Deus non velit impedire peccatum, quae est otiosa negatio, sed ut velit non impedire, quae efficax est affirmatio, ut permissio actum positum voluntatis arcanae importet, qua Deus statuit consulto, & volens non impedire peccatum, licet nolle dicatur, quoad voluntatem revelationi approbationis &c. p. 569. seq. Paria habentur apud Vrsin. l.c. & Polan. Syntagma. L. VI. Cap. 4. Nostri instituti non est, latius haec talia persequi, quibus observasse sufficiat, quod Deus quidem omnia mala in mundo fieri permittat, quodque sine divina permissione quicquam mali nec fiat, nec fieri unquam possit; non tamen ita, ut simul creaturam, quid ipse fieri velit, doceat, aut eandem mala perpetrantem recte moveat, vel etiam permittendo velit, & quae sunt alia plura, quae circa permissionem divinam Reformati comminiscuntur, ac in ipsorum scriptis trita sunt, & pervulgata.

## §. XX.

Neque tamen, dum Deum mala solum permittere, ac ne quidem permittendo velle, dicimus, exinde est inferendum, ac si ipse otiosus sit spectator duntaxat eventuum,

&amp;c

& res omnes ferri pro lubitu finat, quod subinde nobis ogganiunt Calviniani, vid. *Calvin L. I. Instit. c. 18. §. 1. & 3.* Zanch. in *Comm. ad 2. Thess. II. n.* & Turretin. *l. c.* cum potius ipse, tum ante, tum post, tum & in ipsa mali perpetratione, maxime operosus reprehendatur. Perspicue, & orthodoxe id docet B. Seb. Schmidius in *Disp. de Phras Scripturae*, qua Deus dicitur indurare, excoecare, seducere &c. habita Argentor. anno 1655. §. 9. p. 16. Antequam, inquit, a creaturis rationalibus mala perpetrentur, Deus praescit, probibet, comminatur poenas, quid, & quibus permittere velit, decernit, & quod poenae, si contra praeceptum, & voluntatem suam perficiatur iniquitas, irrogare, atque inferre aequum, tandemque irrogaturus, atque illatus reuera sit, constituit. In ipsa actione praesentissimus introspicit, limitat, praescribit libertati, viribus, conatibus. Post perpetrationem reprehendit, accusat, terret, punit, omnia ad gloriam suam, & credentium salutem disponit, atque dirigit. Omnia nec otiosi Dei sunt, nec speculatoris vani.

## §. XXI.

In primis vero cavendum illud est, ne Deus ullo modo autor, & caussa mali statuatur. Impia haec, & vel cogitat, nedum dictu, blasphema est propositio, quam Calvinus ab antiquis haereticis Cerdonistis, Marcionistis, Priscillianistis, Albigensibus, Florino accepit, & vel ipsius asseclae saniores tota mente damnant, & execrantur. Satis quippe fuerit, quod recte dicit Chrysostomus, sexcenties defodi, quam Deum audire malorum autorem Homil. 23. in Act. Apost. Nec enim, inquit Tertull. in Lib. advers. Hermog. fieri potest, ut sit initiator, aut artifex ullius mali operis, qui nomen sibi perfecti vindicat, & parentis, & judicis.

*judicis.* Eadem Augustini vulgata apud omnes ex. Tom. IV.  
83. quæst. sententia est, nempe, *Deum non esse autorem ullius  
rei, qua homo fiat deterior.* Aliorum Patrum, idem fere  
sentientium, testimonia, adversus feralem hancce opinio-  
nem, utpote Ambrosii, L. de Paradis. c. 15. Damasceni, L. 4.  
de fide c. 20. Prosper. in Respons. ad capitula Gallor. c. 14. Gre-  
gorii, L. 29. Moral. c. 21. præfertim in re certa, congerere  
hic non placet. Illud tamen, ad detestandam impiam  
hancce sententiam, non praetermittimus, quod vel idem  
dixerint, senserintque auctores profani. Ita enim Mercu-  
rius Trismeg. in Pymandro cap. ult. Deo factore, ait, *nihil  
turpe, nihil malum prodire.* Plato in 2. Dial. de Republ.  
Bonorum quidem, censet, solum Deum caussam esse dicendum,  
malorum autem quamlibet etiam aliam, præter DEV M,  
caussam quaerendam. Et infra: *Malorum aliqui caussam  
esse Deum, cum bona sit, refellendum est omnino, nec per-  
mittendum hoc, quenquam dicere in sua civitate, si bonis  
instrui legibus civitas debet.* Nec insuper quenquam audi-  
re, sive sit ille minor, sive senior; sive carminibus haec in-  
serantur, sive soluta oratione narrentur, tanquam quæ neque  
dictu sancta sint, neque aliis utilia, nec inter se consona.  
Scripturae, quæ sentiendi, & loquendi norma nobis hic  
unice sit, loca, brevitatis ergo non attingimus, sed tan-  
quam nota supponimus.

## §. XXII.

Praestructis iis, quæ nobis hic necessario præstru-  
enda fuerunt, multo facilius nunc, feliciusque ferri poterit  
judicium de phrasi ista, qua Deus mittere dicitur efficaciam  
Erroris. Solet haec, una cum sexcentis aliis loquendi ra-  
tionibus Scripturae durioribus, objici nobis ab ipsis Re-  
formatiis, qui nostram per easdem de permissione divina

H

doctrinæ

doctrinam, cuius antea meminimus, funditus deleri autumant, Deumque quodammodo *malorum auctorem* dicendum esse, contendunt. His ut obviam eamus, Phrasinque nostram, ab iisdem contra nos perverse detortam, vindicemus, illud hic denuo praemittendum esse judicamus, quod dicta Scripturae de Deo, speciem mali paeferentia, e.g. quando ipse *cor Pharaonis aggravasse*, *Simei*, *ut malediceret Davidi*, *jussisse*, *seducere*, *errare facere*, & quae sunt alia, dicitur, alibi de Diabolo, vel ipsis etiam hominibus enuncientur. Ita plus vice simplici Deum sibi ipsi confirmationem, & indurationem Pharaonis adscribere, *Exod. IV. 21. IX. 12. X. 1. 20. 27.* aliter plane stylum formari, eandemque Pharaoni ipsi adjudicari legimus *c. VII. 13. IX. 15. 19. conf. c. IX. 7. 35.* Pariter numerationem populi Israelitici, a Davide factam, & Deo, & Satanae tribui, ex collatione locorum *2. Sam. XXIV. 9. & 1. Paral. XXII. 2.* patet. Ne quid dicamus de aliis. Vnde facile appetat, literam utique in ejusmodi dictis quadantenus deserendam, nec Deum, & creaturas rationales, pro una eademque causa agente, nedum sociis, habendas esse.

## §. XXIII.

Jam, si quis nosse velit, quare sigillatum *Errorum efficiacia*, quam supra, tum hominibus ipsis, tum & Diabolo, acceptam ferri oportere, monuimus, h. I. Deo optimo attribuatur? illi respondemus, fundamentum hujus attributionis querendum esse in *permissione*, seu non-*resistentia* *divina*, ubi Deus nec obstat, nec resistit iis causis, ex quarum operationibus Errores, atque mendacia consequuntur, sed permittit eas agere, & efficere, quod volunt, & conantur, utut alias iisdem obstare, & earum voluntati, conatibusque resistere, adeoque Errores, & mendacia, tum ratione

ratione effectus, tum saltem ratione eventus, impedire posset. Ita nimis se habet communis illa sanctorum regula: quando aliqua hominis, vel daemonis improbitas Deo tribuitur, id tantum *permisive* intelligendum est. vid. Chrysost. Homil. 36. in Matth. Damascen. L. IV. de fide c. 20. Augustin. de grat. & lib. arbit. c. 23. Evidem vehementer rident, & tanquam insulsam, nimisque jejunam, hanc expositionem traducunt ipsi Calviniani, qui, praeter permissionem divinam, quam adeo urgent nostrates, etiam actionem aliquam Dei in hominibus sibi somniant, qua Deum interne in impiis mirabiliter operari, actiones malas dirigere, clavum tenere, quin & ipsam voluntatem humanam ad objectum peccaminosum determinare dicunt, & qui sunt plures ejusmodi flosculi, quos ex eorum scriptis suppeditant Hunn. in Q. q. & Resp. de Provid. & Praedestin. p. 41. 52. seq. Gerhard. L. de Provid. c. 20. Dannhauer. Hodom. Calv. Phant. 4. p. 928. Sigwardus Admon. Christ. de Irenico Paraei p. 325. seq. Schafmannus de peccati causis. Havenreff. L. de pecc. p. 228. Grawerus Absurd. Calvin. c. 5. Wellerus Diff. 14. Antimasson. p. 543. seq. Calov. Syst. Tom. V. p. 79. Rostius Anti Croc. L. 1. c. 7. p. 145. &c. Ridiculum esset, inquit Calvin. L. 1. Instit. c. 18. §. 1. Judicem tantum permettere, non etiam decernere, quid fieri velit, & mandare executionem ministris. Et §. 3. Jam satis aperte ostendi, Deum vocari eorum omnium autorem, quae isti censores volunt, otioso tantum ejus permisso, coniungere. Ipse Turretin. l. c. Part. I. p. 569. locum Apostoli ex 2. Theff. II. 10. 11. fortiorē esse judicat, quam ut de nuda permissione intelligatur. Idem fere ex Pontificiis sentit Martin. Becan. Tom. I. Opp. f. 253. qui expositionem de nuda permissione divina veram esse, sed non sufficientem, pro-

nuntiat, quia plus Deo tribuendum esse videatur. Quicquid vero hujus sit, nobis tamen permissio divina, dummodo recte concipiatur, quemadmodum alias, quod supra notavimus, in omnibus actionibus malis caussarum, & agentium naturalium, ita & h. l. recte allegari, ad eamque provocari posse videtur. Vnde & August. L. XX. de Civ. Dei Cap. XIX. ad locum nostrum optime ita commentatur: quod Deus dicatur mittere operationem Erroris, quia Diabolum ista facere permittat, justo judicio, quamvis ille faciat iniquo, malignoque animo. Et Tossan. in Com. ad h. l. Vol. II. f. 366. Deus, inquit, mittit efficaciam erroris, non ut Satanas, eam fraudendo, vel instillando in animos hominum, sed permittendo Satanae illam potestatem, & justo judicio tradendo impios, & obscuratos, in sensum reprobum, & lucem veritatis subducendo, Rom. I. 24. Job. XII. 39. Ut adeo, quando dicitur: mittet illis Deus efficaciam Erroris, idem plane sit, ac si dicat Apostolus: Ideo permittet Deus, ut immittantur, h. e. obtineant, vel etiam graffentur, Errores efficaces. Hanc expositionem non coactam, & ex proprio cerebello confictam esse, sed vel ab ipso Spiritu S. nobis in Scripturis subministrari, probari prae caeteris potest exinde, quod simili modo Deus 2. Sam. XXIV. 1. dicatur commovisse Davidem ad numerandum populum. Quod ipsum cum fuerit peccatum superbiae, facile patet, proprius tale quid de Deo, jurato veluti omnis fastus, & arrogantiae hoste 1. Pet. V. 5. Iac. IV. 16. enunciari non posse. Quare literae hic non adeo rigorose insistendum, sed commodiorem, & analogiae fidei magis consonam, explicationem quaerendam esse, vel ipse Spiritus S. docet in loco parallello 1. Par. XXII. 2. ex quo istud colligere licet, quod Deus Davidem a Diabolo & suis

fuis adulatoribus commoveri permisit, ut numeraret populum. Non itaque obstat, quo minus pari modo, & sensu, quando Deus h. l. *mittere errores*, vel alibi etiam *miscere Spiritum vertiginis*, dare *Spiritum mendacii, compunctionis, soporis &c.* dicitur, idem de sanctissima ejus permissione intelligi possit. Si quis instet, & urgeat, fundamentum istud non resistentiae, sive non impeditionis, h. l. non sufficere, cum Deo aliqua operatio, sive actio physica affungi videatur, dum ipse dicatur *mittere Errores*, atque mendacia, quod sane solam permissionem, sive non resistentiam vix inferat? illi hoc saltim in memoriam revocare licebit, quod quam vere non resistentia illa homini, (singamus, damno proximi,) sicubi potuerit, non resistenti, illudque, prouti tenebatur, non avertenti, imputari, ipsumque adeo damnum, quod patitur miser proximus, eidem attribui potest, utut de caetero ipse damnum non inflixerit, sed solum causis, damnum operantibus, non restiterit; tam vere quoque h.l. Deo Errores, atque mendacia tribuantur, licet eadem nec ipse efficiat, nec operetur, sed unice conatibus, ac voluntati, eadem operantium, sua virtute, atque potentia, physice non resistat, atque obnitatur. Quod quidem non ita accipi volumus, ac si Deus Errorum, quos permittit, reus propterea fiat, aequa ac alias homo, qui, cum possit aliquem avertere a peccato, id tamen non facit, extra participationem culpae haut esse solet, id quod haut obscure videre est in Eli, cui culpa filiorum recte imputabatur, quos indulgentia sua peccare siverat. 1. Sam. III, 13. Ut enim culpa Deo imputetur, aut cum culpa adscribantur ei Errores, atque mendacia, requiritur aliqua ad resistendum, obnitendumque obligatio; talis autem, cum in Deo locum non habeat, quippe qui

*moraliter* quidem, & per leges prohibentes semper resistit, ad *physice* vero retinendum, & impediendum nulla lege tenetur, quin potius, ne resistat, & obstet caussis agentibus, sua justitia requirit, ac postulat, facile appareat, ipsum hac ratione culpe non fieri participem. Conf. *Seb. Schmidtius l. c. p. 25. seqq.*

## §. XXIV.

Cum itaque per hactenus disputata satis, quod opinamur, evictum sit, Phrasin nostram de permissione divina, eademque negative spectata, intelligi haut incommodo posse, restat, ut porro nunc rimemur rationes, & causas, quare sic, atque tanta cum Emphasi, loquatur Apostolus, quod ipse *Deus missurus sit efficaciam erroris, ut homines credant mendacio.* Scilicet id minime vult, quasi Deus vere, ac proprie impulsurus sit homines ad errandum, sive id fiat *physice*, voluntatem realiter movendo, vel etiam Errores, atque mendacia spargendo, & disseminando, quod satis temere, ac impie pronuntiat *Calvinus in Ezech. XIV. sub fin.* *Deo autore spargi omnes imposturas;* sive *moraliter*, errores hominibus suadendo, & imperando, quae blasphemia, & execranda vox est *Job. Szydlorii Vindict. L. 9. diffic. & controv. c. 9.* *Deum sine peccato posse blasphemiam, mendacium, perjurium imperare, afferentis.* Haec talia Scriptura in aliis locis de Deo aperte negat, Vid. *August. Tract. 55. in Job. & L. de gratia & lib. arb. c. 20.* Neque positivo actu, vel speciali providentia, atque decreto, Deus Errores, ad decipiendum homines, mittere dici potest, cum ipsis per se, quod supra ostendimus, ad eosdem concipiendos, & amplectendos, promptissimi sint, paratissimique, nec aliud fere, ob connatam corruptionem, desiderent, quam ut Deus hanc *efficaciam erroris* ipsis perficere

ficere permittat. Sed potius, dum Deo ipsi errorum immissionem vindicat Apostolus, hoc ipso digitum veluti intendit, nosque tacite remittit ad summum Numen divinum, ejusque hinc providentiam, hinc miram, sanctissimamque justitiam. Vtriusque contra nos Errorum efficaciam permittentis, ne somniculose obliviscamur, Deum ipsum ἐνέγγειον πλάνη missurum graphicē pronunciat. Scilicet non casu, & fortuito, invehi in Ecclesiam errores, aut sola hic agentia finita, & naturalia respicienda esse, docet, sed praepotenti Deo, in vindictam, & poenam justissimam antegressi veritatis contemtus, Errores, ac haereses permittenti, omnia tribui oportere. Sic enim neglectum, & odium veritatis coelestis Deum justissime vindicaturum, ideoque *Errorum efficaciam* permissurum asserit, ut ad ipsum non modo respiciant homines, & existiment, nunquam ipsis haec talia obvenisse, nisi tam enormiter contra Deum deliquerint, iramque suam provocassent; sed & simul a Deo ante omnia petant luctuosissimae, in qua versatur Ecclesia, calamitatis, atque miseriae in meliorem pristinae felicitatis statum restitutionem. Tanti aestimandam proponit Apostolus permissionem divinam, ex justo Dei iudicio super contemtores veritatis futuram, quasi Deus ipse missione, seu datione aliqua physica, mendacia, atque Errores, sit immisurus. Et tanti profecto aestimanda quoque venit, si recte eandem considerare velimus. Ita enim putandum est, nunquam introductumiri, nec introduci facile posse, Errores, atque mendacia, nisi permissurus sit DEVS, cui propterea non immerito potius, quam agentibus finitis, & naturalibus, Errorum eventus cum Apostolo est adscribendus. Quando itaque dicitur: Mittet illis Deus efficaciam erroris, supra diximus, hinc Codae-

codaemonem, hinc hominem ipsum id facturos. Deum interim dicimus *permisurum*, ut Satanas, & Pseudo-Docentes seducant, & quidem efficaciter, & cum successu seducant, non autem ipsum Deum, falli, & fallere plane nescium. Dixeris: diserte tamen id dicitur, quod Deus sit immisurus. Quid tum? ut hoc dicatur, sufficit *permisso justi judicii divini*, cui multum sane hac ipsa in re est tribuendum. Scilicet introducent quidem errores Diabolus, & homo, sed nunquam cum successu id praestabunt Diabolus, & homo, nisi justo judicio permisurus sit Deus. Hanc ipsam itaque permissionem divinam sobrie, & pie meditandam proponit Apostolus, & quid de ista sit sentiendum, quaenam ratione justo Dei judicio sit occurrentum, graviter inculcat, & adhortatur. In hac autem gravi cohortatione nullo alio, nisi Emphatico, ipsi intendum fuit vocabulo: *Mittet itaque illis Deus efficaciam* &c. Adeo itaque has phrases non declinamus, ut arbitremur, maximam in iis *Emphasim* repositam, nec contemnendum argumentum latitare contra contemtores, & extenuatores permissionis divinae, quales illi ipsi sunt, qui hisce phrasibus contra nostram orthodoxiam abutuntur. Piissimum quoque est, tales phrases imitari cum prudentia Christiana, ne quis aut contra Deum, cum excludendo a toto negotio, recalcitret, quod Abisai fecit; aut Epicureo animo virtutem, miramque gubernationem parvi faciat, & flocci pendat. Time DEVIM: nam ipsius *permisso* nihil aliud est, quam in sensum reprobum traditio. Deo permittente, non potes non labi, cum permettere lapsum nihil ipsi aliud sit, quam labi facere, uti graphice docet B. Schmid. in supra cit. *Diss.* §. 23. p. 36.

§. XXV.

## §. XXV.

Causas vero, quas summum habeat Numen, quod Errorum efficaciam veritatis divinae contemtoribus, eo, quo hactenus explicuimus, modo, missurum sit, paucis nunc quoque exponere licebit, praesertim cum vel ipse Apostolus ad easdem sollicite inquireendas per τὸ διὰ τὸ πέτρον manu quasi nos ducat. Notamus itaque 1) id fieri a Deo, ut ob peccata praecedentia castiget, ac puniat. Sic enim Deum ad poenam infligendam non nisi provocatum sifit Apostolus: *Propterea*, dicit; propter quam causam? eo, quod non receperunt amorem veritatis. Ut adeo missio-  
nem Errorum efficacium justam vindictam incredulitatis,  
vanitatis, & desultoriae levitatis infecuturam praenunciet.  
Moraliter *Augustinus L. V. contra Julian. c. 3.* docet, ho-  
mines ob praecedentia peccata, praecipue ob veritatis ob-  
ditaæ repudium, hac poena gravissima a Deo puniri, ut  
in *Errores efficaces* abripiantur, & per hos in exitium fe-  
rantur praecipites. *Annon est peccatum*, inquit, & poena  
peccati, ubi legitur: *Dominus misericordia illis Spiritum erro-  
ris, & seduxerunt Aegyptum in omnibus operibus suis, sicut se-  
dicitur ebræus?* Non est peccatum, & poena peccati, ubi  
Deo dicit Propheta: *quid errare fecisti nos Domine a via  
tua, obtulisti corda nostra, ut non timeremus te?* Non  
est peccatum, & poena peccati, ubi rursus Deo dicitur: *Ec-  
ce tu iratus es, & nos peccavimus, propterea erravimus,  
& facti sumus immundi omnes?* Non est peccatum, & poena  
peccati, ubi legitur de gentibus, quas debellavit Jesus Nave:  
*quia per Dominum factum est, confortari cor eorum, ut ob-  
viam irent ad bellum contra Israel, ut exterminarentur?*  
Non est peccatum, & poena peccati, quod non audivit Ro-

boam, Rex, plebem bene monentem, quoniam sicut Scriptura loquitur: Erat conversio a Domino, ut statueret verbum suum, quod de illo locutus est in manu Prophetae? Non est peccatum, & poena peccati in eo, quod scriptum est, Amaniam, regem Juda, noluisse audire Joas, regem Israel, bene monentem, ne procederet ad bellandum? Et inferius citans locum Apostoli nostri sic, ait: Vnde est, quod ad Thessalonicenses scribit Apostolus: Pro eo, quod dilectionem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio? &c. Ut seduceretur Achab, & in praelio periret, vidi Michaelas Dominum sedentem in throno, & exercitus coeli coram eo, & dixit Dominus: Quis seducet Achab, & ascendet & cadet in Ramoth Galaad? Et dixit Spiritus quidam: Ego seducam eum. Et dixit Dominus ad eum: in quo: Et dixit: Egressiar, & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit: Seduces, & praevalebis, exi, & fac sic. Ex quo tamen, quod obiter hic monemus, inferri nec potest, nec debet, dum Deum peccata punire dicimus aliis peccatis, eundem propterea, utpote omnis poenae auctorem, etiam peccati auctorem constitui. Quenadmodum enim id minime sequitur ex eo, quod DEVS omnis actionis est, & appellatur auctor, licet quaedam dentur actiones, quae sunt peccata; ita nec colligitur ex eo, quod idem DEVS auctor est omnis poenae, licet quaedam poenae sint, & dicantur peccata. Nam sicut Deus omnis actionis auctor est, prout actio quaedam est, non quatenus peccati deformitatem habet; ita idem auctor est omnis poenae, quatenus justae punitionis habet rationem, non quatenus etiam peccatum esse contingit. Recte

id

id docet Augustinus L. de Praedestin. Sanct. cap. 10. *Etsi sunt, inquit, quaedam, quae ita peccata sunt, ut poenae etiam sint peccatorum; unde dictum est: Tradidit illos Deos &c. non ibi peccatum Dei est, sed judicium.* Notamus II) mitti a Deo Errores efficaces, ut suae idem justitiae severitatem ostendat. *Neque enim Deus impunitum sinere solet verbi sui contemnum, sed gravissime ulciscitur, ut sciant homines, nequaquam esse cum Deo ludendum, ut habet Mar tor. in Comm. ad h.l.* Vnde Errorum efficaciam adscribi Deo observat B. Aeg. Hunn. ad h.l. duntaxat ratione finis, quatenus videlicet id, quod Satanas molitur, & operatur, justo iudicio fieri permittit, cum in finem, ut suam in reprobis illis contemporibus verbi sui justitiam declaret, atque sic id malum, quod ab auctore Satana proficiuntur, ipsa divina sua gubernatione ad hunc bonum finem reponat, ut illi ingratia, reprobique, nolentes, volentes, gloriae, justitiaeque Dei illustrandae subserviant. Notamus III) mittere Deum Errorum efficaciam, ut salutarem alijs timorem incutiat, malis quidem, ut resipiscant, bonis, ut in bono perseverent. Hoc modo Deum in Aegypto multiplicasse flagella, & miracula, constat, non tam propter Pharaonem, cui eadem nihil profutura sciebat, sed partim propter Hebraeos, qui magis Deo creduli, & obedientes futuri erant, partim propter alias gentes, quae, auditis tot, & tantis prodigiis, cooperunt Deum Hebraeorum timere, ac revereri, ut patet ex Jos. II, 9. Notamus IV) ideo Deum permettere, ut suam Errores, atque mendacia efficaciam exerant in hominibus, ut omnia demum in bonum finem, & usum convertat. Non enim sineret, inquit Augustinus in Enchirid. cap. 100. boxus fieri male, nisi omnipotens etiam de malo facere

cere posset bene. Et Lib. XII. de Civ. Dei c. i. multa quidem, dicit, sunt a malis contra voluntatem Dei, sed tantae est illae sapientiae, tanta eque virtutis, ut in eos exitus, sive fines, quos bonos, & justos ipse praescivit, tendant omnia, quae voluntati ejus videntur adversa.

## §. XXVI.

Restabat nunc, ut hinc profundas, quae in nostro oraculo, haec tenus explanato, ubertim continentur, doctrinas colligeremus, hinc, quod sigillatim animo nobiscum constitutum habebamus, ea, quae disputata huc dum a nobis fuerunt, ad recentioris aevi Fanaticos accommodaremus. In his enim, quod intrepide affirmare ausim, & in proclivi, dummodo vacaret, mihi esset ostendere, tum supinus veritatis divinae contemtus, tum &, quae hunc temporis vestigio insequi solet, Errorum, atque mendaciorum Efficacia, maxime deprehenditur. Sed cum praeter expectationem dictorum succreverit copia, pedem hic tandem figimus, Deumque immortalem supplices rogamus, ac veneramur, ut puriorem, ac orthodoxum coetum ab omni Errorum Efficacia clementissime praeservet, & clarissimam Veritatis coelestis lucem inter nos extingui haut patiatur! Sancte DEUS, sanctifica nos in tua  
veritate Tua, quia verbum Tuum  
est veritas!

A M E N!

05 H 588

**ULB Halle**  
004 219 988

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



L. B. VI

DISSERTATIO THEOLOGICA  
DE

ΕΝΕΡΓΕΙΑ ΠΛΑΝΗC  
<sup>SEV</sup>  
EFFICACIA  
ERRORVM

ex 2. Thessal. II, 10. II.

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO  
**FRIDERICO AVGVSTO,**  
ELECTORATVS SAXONICI HEREDE,  
PRAESIDE  
**DN. GOTTLIEB VVERNSDORFIO,**  
SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL.  
TEMPLI OO. SS. PRAEPOSITO, NEC NON SENATVS  
ECCLESIAST. ASSESSORE,  
DOMINO, PATRONO, AC PRAECEPTORE SVO PER OMNE VITAE  
SPATIVM SANCTE OBSERVANDO,  
PRO POTESTATE PRIVATIM IN THEOLOGIA  
LEGENDI

D. VI. APRIL. A. R. S. M DCC XVI.  
PVBLICAE DISQVISITIONI SVBIICIT

AVCTOR

**M. CHRISTIANVS CAROL. STEMPFL,**  
FACVLT. PHILOS. ASSESS.

H. L. Q. C.

VITEMBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIANAE.